periculis ſuſtinet ꝙ̄ parabat inferre. Apta autem vis ſi prepa
retur ī montibus altiora loca ꝑmiſſis ſunt preſidijs occupāda
vt hoſtis cum aduenerit reperiatur īferior nec audeat obuiare
cum tam a fronte quam ſupra caput ſuum cernat armatos. Ob
ſi auguſte ſint vie ſed tamen tute melius eſt preſcidere cum ſe
curibus ac dolatorijs milites et cum labore vias aperire ꝙ̄ in
optimo itinere periculum ſuſtinere. Preterea noſce debemus
hoſtium conſuetudinem vtrum nocte an incipiente die an hora
reficiendi laſſis ſuperuenire cōſueuerint et id vitare quod il-
los futuros putamus ex more. Iam vero vtrum peditibus an
equitibus vtrum contatis an ſagittarijs amplius valeant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

vtrum numero hominum in armorum munitionem precellāt. Scire vos conuenit et ordinare quod nobis vtile illis docetur aduerſum. Tractare q̄ꝫ per diem ac per noctem quod expediat inchoari q̄to locorum īteruалla ſint ad que cupimus puenire. Nec eſtate ſcitis atqꝫ penuria abſit euntibꝰ ī hyeme difficiles autem inuie occurrant paludes maioreſqꝫ torrentes et īpedito itinere circumueniatᷣ exercitus priuſq̄ ad deſtinata perueniat vt noſtra commoditas eſt ſapienter iſta vitare. Ita ſi aduerſariorum impericia vel diſſimulatio occaſionem nobis dederit nō oportet omitti ſed exploratores ſollicitare proditores ac trāſfugas mutare vt quid hoſtis molitur in preſenti vel in futurum poſſimꝰ agnoſcere paratiſqꝫ equitibus ac leui armatura ambulantes eoſdem vel pabula victumqꝫ querētes improuiſo terrore decipere.

Quēadmodꝫ flumina queſiuit maiora trāſeantᷣ. Ca. vij.

In tranſitu fluuiorum grauis moleſtia negligentibus frequenter emergit. Nam ſi aqua violētior fuerit aut alueꝰ latior impedimenta pueros et ipſis interdum ignauiores ſolet mergere bellatores ergo explorato vado due acies equitum electis animalibus ordinantur interuallis competentibꝰ ſepate vt per medium pedites et impedimenta tranſeant. Nam acies ſuperior aquarum īpetum frangit. Inferior qui rapti ſubuerſiqꝫ fuerīt colligit atqꝫ tranſponit ac cum altior fluctus nec equitē nec peditem patitur ſi per plana decurrat ductis multiphariam ſpargitur foſſis diuiſuſqꝫ facile tranſitur. Nauigeri vero ānes ſtilis fixis ac ſuperpoſitis tabulatis pim fiūt vel certe tumultuario opere colligatis in amnibus cuppis additiſqꝫ trabibus trāſitum prebent. Expediti vero equites faſtes de cānis aridis vel vlua facere conſueuerunt ſuper quos loricas et arma ne videntur imponunt ipſis equitibus quos natando tranſeunt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

colligatoſq̄ ſecum faſces pertrahunt ſocios ſed commodius repertum eſt vt monoxillos hoc eſt paulo latiores ſtaſulas ex ſingulis trabibus excauatas pro genere ligni et ſubtilitate le uiſſima carpentis ſecum portet exercitus tabulatis pariter et clauis ferreis preparatis . Jta abſq̄ mora conſtructus pons et funibus qui propterea habendi ſunt iunctus lapidei artus ſoli ditatem preſtet in tempore. Sed inſtantes aduerſarij ad tran ſitus fluminum inſidias vel ſuper ventus facere conſueuerunt ob q̄ neceſſitatem in vtraq̄ ripa collocantur arma preſidia ne alueo interueniente diuiſi opprimantur ab hoſtibus. Cautius tamen eſt ſudes ex vtraq̄ parte prefigere ac ſine detrimento ſi qua vis illata fuerit ſuſtinere q̄ ſi pons non tantum ad tranſi tum ſed etiam ad recurſum et commeatus neceſſarius fuerit. Tunc ī vtroq̄ capite percuſſus latioribus foſſis aggereq̄ con ſtructu defenſores milites debet accipe quibus tā diu teneat̄ q̄ diu locoꝝ neceſſitas poſtulat.

Quemadmodum caſtra debeant ordinari. Capit. viij.

Onſequens videtur itineris obſeruatione deſcripta ad caſtrorum in quibus manendum eſt venire rationem nō enim belli tempore ad ſcatiuam vel māſionem ciuitas murata ſemper occurrit et incautum eſt plenumq̄ diſcriminis exercitū paſſim ſine aliqua munitione cōſiderare cū militib⁹ ad capiend̄ cibum occupatis aut ad numera faciēda diſpſis facile nectant̄ inſidie. Poſtrēo noctis obſcuritas neceſſitas ſompni paſcentiū equoꝝ diſpſo occaſionē ſupueniētib⁹ pſtat. Jn mecandis caſtris nō ſufficit locū bonū legere niſi talis ſit vt alter eo non poſſit melior inueniri ne vtilior pēmiſſus a nobis et ab aduerſarijs occupat⁹ apportet incōmod̄. Cauend̄ quoq̄ ne per eſtatē aut morboſa in proximo aut ſalubris aqua ſit longius hyeme. ne pabulatio deſit: aut lignum: ne ſubitus tempeſtatibus tempus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

in quo manend̄ eſt ſoleat inundari ne ſit in abruptis ac deuijs ac circumſedentibꝰ aduerſarijs difficilis preſtetur egreſſus ne ex ſuperioribus locis miſſa ab hoſtibus in eū tela perueniāt: quibꝰ caute ſtudioſeqꝫ prouiſis pro neceſſitate loci vel quadrata ſiue rotunda ſiue trigona ſiue oblonga caſtra cōſtituēs. Nec vtilitati preiudicat forma tamen pulchriora creduntur quibꝰ vltra latitudinis ſpatium tercia pars lōgitudinis additur. Ita autem ab agris menſoribus potiſſimum mēſura colligi oportet vt ad q̄ntitatem concludatur exercitus. Nam propugnatores auguſta cōſtipant et vltra ꝙ̄ cōuenit latiora diffundunt. Tribꝰ autem modis definiunt caſtra muniri poſſe. Primum in vnius noctis tranſitum et itineris occupationem leuiorem cū ſublati ceſpites ordinantur et aggerem faciunt. ſupra quem valli hoc eſt ſudes vel tribuli lignei per ordinem diriguntur. Ceſpes autem circumciditur ferramentis qui herbarum radicibus continet terrarum fit altus ſemiſpedem latus pedem longus pedē ſemis. Qđ ſi terra ſolutior fuerit vt ad ſimilitudinem lateris ceſpes non poſſit abſcidi tunc opere tumultuatio foſſa perducitur lata pedes. v. alta pedes. iij. cui intrinſecus agger excreſſit vt ſine metu ſecurus requieſcat exercitus ſtatiua aūt caſtra eſtate vel hyeme hoſte vicino maiore cura ac labore firmantur. Nā ſingule centurie diuidentibus campi doctoribus et principijs accipiunt pedituros et ſcutis et ſarcinis ſuis in orbem circa propria ſigna depoſitis cincti gladio foſſam aperiunt latā aut .viiij. aut. xi. aut tredecim pedibꝰ vel ſi maior aduerſariorum vis metuitur pedibus. xviij. Imparem enim numeꝝ obſeruari moris eſt cū ſepibus ductis vel interpoſitis ſtipitibus ramiſqꝫ arborum ne terra facile delabatur agger erigitur ſupra quem ad ſimilitudinem muri et pīne et propugnacula componuntur opus vero centuriones. x. pedes metiuntur ne minus foderit aut errauerit alicuius ignauia id tribuni circueunt. Nec ante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

diſcedunt qui ſtrennui ſunt quam fuerint vniuerſa perfecta. Ne tamē aliquis ſuperuentus laborantibus fiat omnes equites et pars peditum que nō operatur preuilegio dignitatis ante foſſam in procinctu arma conſiſtit et ingruentes repellit inimicos Prima igitur ſigna locis ſuis intra caſtra ponuntur quia nichil eſt venerabilius eorum maieſtate militibus duci pretorium eiuſque comitibus preparatur ac tribunis tabernacula collocātur quibus per contubarnales deputatos ad munera aqua lignum et pabuli miniſtrantur tunc pro gradu legionibus et auxilijs et equitibus et peditibus loca in quibus papiliones tendant deputantur in caſtris ac de ſingulis centurijs quaterni equites et quaterni pedites excubitum noctibus faciunt et quia impoſſibile videbatur in ſpeculis vigilantes ſingulos permanere ideo in quatuor partes ad depſideram ſunt diuiſe vigilie vt nō amplius quam tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare a tubicine omnes vigilie committūtur et finitis horis a cornicine reuocantur. Idoneos tamen tribuni et probatiſſimos eligunt qui circumueniant vigilias et renuntient ſi que emerſerit culpa quos circumitares appellabāt nunc milicie factus ē gradus et circitores vocantur. Sciendū tamen eſt equites extra vallum nocturnas vigilias facere debere. Per idem aūt caſtris poſitis alij mane alij poſt meridiem propter fatigationem hominem equorumque agrarias faciunt. inter precipua conuenit ducem prouidere ſiue ī caſtris ſiue in ciuitate cōſiſtat vt aīaliū paſcua ſubnectio frumenti ceterarumque ſpecierum aquatio lignatio pabulatio ſecura ab hoſtium reddatur īcurſu quod aliter non poteſt euenire niſi per loca ydonea qua noſtrorum ambulat commeatus preſidia diſponuntur ſiue ille ciuitates ſunt ſiue caſtella murata quod ſi nō reperitur antiqua munitio oportunis locis circūdata maioribus foſſis tumultuaria caſtella firmantur Nam in caſtris diminutio vocabulo ſunt nuncupata caſtella.

caſtella

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Jntra que in agrarijs aliquanti pedites equiteſq3 dirigentes tutum iter cōmeantibus preſtant. Difficile enī hoſtis ad ea loca audet accedere in quibus aut fronte aut a tergo nouit aduerſarios cōmorari.

Que et q̄ta conſideranda ſint vt intelligantur vtrum ſuperuētibus et inſidijs an publico debeat marte confligi. Ca.ix.

Uiſquis hos artis bellice cōmentarios ex probatiſſimis auctoribus breuiatos legere dignabitur quaſi primam rationem prelij depugnādiq3 cupit audire p̄cepta. Si conflict⁹ publicus duarum aut trium horarum poſt quem partis eiuſq3 ſuperata fuerit ſpes omnes intercidunt. Jdeo omnia ante cogitanda ſunt ante temptanda ante facienda ſunt q̄ ad vltimum veniatur abruptum. Boni enim duces non aperto marte p̄liū in quo eſt cōmune periculum ſed ex occulto ſemper attemptāt vt integris ſuis q̄tos poſſunt hoſtes interimant certe vel terreant. Jn qua parte qua neceſſaria ad modum ſunt ab ātiquis reparta deſcribam: precipua ars et vtilitas ducis eſt vt adhibitis ex vniuerſo exercitu ſcientib⁹ belli et ſapientibus viris de ſuis et hoſtium copijs ſepius tractet omniumq3 plurimum nocet adulatione ſiue mota vtrum maiorem numerum pugnatorum ipſe an hoſtes habeāt: vtrum ipſius an aduerſariorum homines magis armati ſint et muniti qui magis exercitati in neceſſitatibus fortiores. Querend̄ eſt etiam vtra pars equites vtra pedites habeat meliores. Sciendum q3 in peditibus vel maxime conſiſtere robur exercitus et inter ipſos equites qui cōtatis qui ſagittarijs antecedat: quis plures loricas induat: quis vtiliores equos adduxerit. Poſtremo loca ipſa in quibus pugnandum eſt vtrꝫ inimicis an nobis videantur accommoda Nam ſi equitatu gaudem⁹ extare ſi pedite loca eligere āguſta foſſis paludib⁹ vel arborib⁹ impedita et aliquotiens mōtuoſa

[d]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

cui magis victus habundet aut deſit. Nam fames vt dicitur i
trinſecus pugnat et vincit ſepius ſine ferro vel maxime hoc
tractandum vtrum expediat neceſſitatem protrahi an celerius
dimicari. Interdum enim ſperat aduerſarius expeditionē cito
poſſe finiri et ſi dilatus fuerit in longum aut penuria macera
tur aut deſiderio ſuorum reuocatur ad propria aut nichil mag
num faciens per deſperationem abire compellitur tunc fracti
labore ac tedio plurimi deſunt aliquanti ſe tradūt quia aduer
ſarijs rebus rarior fides eſt et vndari incipit qui copioſiꝰ ad
uenerat. Ad rem pertinet qualis ipſe aduerſarius vel eius co
mites qui ſint noſſe vtꝝ temerarij aut cauti audaces an timidi
ſcientes artem bellicam vel ex vſu an temere pugnantes que
gentes cum hijs fortes que ve ignaue noſtra auxilia cum fidei
quarumcumqꝫ ſint virium quos animos illius copie quos ha
beat noſter exeratus que pars ſibi magis victoriā repromittit
eiuſmodi enim cogitationibus virtus augetur aut frangitur.
Deſpera ntibus autem creſcit audacia adhortatione ducis et
ſi ipſe nichil timere videatur. Creſcit animus ſi ex iſidijs vel
occaſione aliquid fortiter feceris ſi hoſtibus aduerſe res cepe
rint euenire ſi vel infirmiores aut minus armatos ex inimicis
potueris ſuperare. Cauendum enim eſt ne dubitantem formi-
dantemqꝫ exercitum ad publicam pugnam aliquando produ
cas. Intereſt vtrum tyrones an veteres milites habeas et vtꝝ
ante breue tempus in expeditionibus fuerit an ānos aliquos
in pace durarint. Nam pro tyronibus accipiendi ſunt ꝙ pug
nare longo tempore deſierunt. Sed cum legiones auxilia vel
equites ex diuerſis aduenerint locis dux optimus et ſepera
tim ſingulos numeros per tribunos electos quorum ſcitur in
duſtria oīm genere exercere debet armorum et poſt in vnum
collectas quaſi depugnaturos conflictu publico exercebit. Ipſe
ſepius temptabit quidquid artis poſſint habere quid virium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

quemadmodū ſibi ipſi conſueſcant: vtrum ad tubarū monita ad ſignoꝝ indicia ad precepta vel nutum ſuū diligenter obtēpent. Si errant in aliquibus exerceant̄ atqꝫ doceant̄ q̄ꝫ diu poſſint eſſe perfecti. Si vero in campi curſione in ſagittando in iaculando ī ordinando acie ad plenum fuerit eruditi ne ſic quidē temere ſed in occaſiōe capta ad publicā deducendi ſunt pugnā Si ante minoribus prelijs imbuendi dux vtraqꝫ vigilās atqꝫ ſobrius et prudens tamq̄ꝫ de ciuili cā inter partes iudicaturꝰ adhibito conſilio de ſuis et aduerſarij copijs iudicet et ſi multis rebus ſupior inuenit̄ oportunū ſibi differat inire conflictū Si vero aduerſarium intelligit potiorem certamen publicum vitet. Nam pauciores numero et inferiores viribꝰ ſuperuētꝰ et inſidias facientes ſub bonis ducibus reportauerunt ſepe victoriam.

Quid oporteat fieri ſi quis deſuetū a pugna exercitum habeat vel tyronem. Capit. x.

Omnes artes omnia opera cotidiano vſu et iugi exercitatione proficiunt: quod ſi in paruis verꝝ eſt q̄to magis in maximis cuſtodiri quis autem dubitat artem bellicam rebꝰ oībus eſſe potiorem per quam libertas retinetur et dignitas propagatur prouintie conſeruatur imperium. Hanc quondam relictis doctrinis omnibus lacedemonij et poſtea coluere roma in hanc ſolam hodie quoqꝫ barbari putant eſſe ſeruandam oīa aut in hac arte conſiſtere aut ꝑ hanc obſequi ſe poſſe confidūt nec dimicaturis eſt neceſſaria per quam vitam retineant et victoriam conſequantur. Dux ergo cui tante poteſtatis īſignia tribnunt̄ cuius fidei atqꝫ virtutum poſſeſſorum fortune tutela vrbium ſalus militum rei publice creditur gloria ī tantum pro vniuerſo exercitu ſed etiam pro ſingulis contubernalibus debꝫ eſſe ſollicitus ſi quid enim illos eueniat in bello et ipſiꝰ culpa

et publica videatur iniuria. Ergo ſi tyronem aut diu armis
deſuetum exercitum ducit ſingularum legionum ſiue amplio
rum necnon etiam vexillationum vires animos conſuetudinē
diligenter exploret. Sciat etiam ſi poteſt fieri nominatim:
quis comes quis tribunus quis domeſticus quis contuber
nalis q̄tum poſſit in bello auctoritatem ſeueritatemq́ maxi
mam ſumat omnes culpas militares legibus vindicet uulli
errantium credat ignoſcere. In diuerſis locis. In diuerſis oc
caſionibus omnium experimenta percipiat. Hijs oportet cura
tis cum diſperſi ad predand̄ ſecuriores oberrant hoſtes tunc
probatos equites ſiue pedites cum tyronibus aut inferiori
bus mittat vt ex occaſione fuſis īimicis et illis pericia et re
liquis creſcat audacia ad tranſitus fluuiorum ad precipicia
montium ad ſiluarum anguſtias ad paludum aut viarū diffi
cultates ſuperuentus nullo ſciente diſponat atq́ ita iter ſuū
temperet vt cibum capientes aut dormientes aut vacantes
certe ſecuros inermes diſtulcies diſtratis equis nichil ſuſpicā
tes ipſe paratus inuadat quatin⁹ in huiuſmodi certaminib⁹
ſui fiduciam colligant. Nam qui ante longū tempus aut om
nino nū̄q̄ viderunt homines vulnerari vel occidi cum primū
aſpexerint perhorreſcunt et pauore confiſi de fuga magis q̄
de conflictu incipiunt cogitare. Preterea ſi excurrant aduer
ſarij longo itinere fatigatos aggrediat̄ et vltimos aut certe
inſpiratos ſuperueniat eos etiam qui longe aut pabuli aut
prede gratia commorantur ſubito occupet cum delictis. Illa
enī ante temptanda ſunt que ſi male ceſſerint minis noceāt
ſi bene plurimum profuit. Inter hoſtes diſcordiaꝝ ferere cau
ſas ſapiētis eſt ducis nulla enim q̄uis minima natio poteſt
ab aduerſarijs per deleri niſi proprijs ſimultatib⁹ ſeipſa con
ſumpſerit. Nam ciuile odiū ad inimicoꝝ perniciā eſt preceps

ad vtilitatem ſue defenſionis incauta. Vnum illud eſt in hoc opere predicendum vt nemo deſperet fieri poſſe que facta ſunt Dicat aliquis multi anni ſunt quibus nullus foſſa aggere val locꝫ manſurum circumdat exercitū. Reſpōdebitur ſi fuiſſet iſta cautela nichil nocturni aut diurni ſuperuentus hoſtiū nocere potuiſſent per ſe immitantes romanos ductis foſſis caſtra conſtituunt et quia arenoſa ſunt prope omnia ſaccos quos īanes portauerunt ex pulueruleuta que effodiuntur terra compleat eorumqꝫ cumulo aggerem fatiunt omnes barbari carris ſuis in orbem connexis ad ſimilitudinem caſtroꝝ ſecuras a ſuperuenientibus exigunt noctes. Veremur ne diſcere nequeamꝰ que a nobis alij didicerunt. Hec ex vſu libris que ātea ſeruabant̄ ſed omiſſa diu nemo queſiuit quia vigentibꝰ pacis officijs procul aberat neceſſitas belli. Sed ne impoſſibile videatur repari diſciplinam cuius vſus intercidit doceamur exemplis apud veteres ars militaris in obliuionem ſepius venit ſed prius a libris repetita eſt poſtea ducū auctoritate firmata. Scipio affricanus ſub alijs imperatoribus hyſpanienſis exercitus frequēt̄ victos accepit hos diſcipline regula cuſtodita omni ope foſſisqꝫ fatiendis ita diligenter exercuit vt diceret fodientes luto inquinari debere qui madere hoſtium ſanguine noluiſſent. Cū ipſis deniqꝫ numanti nos capta ciuitate ſic concremauit vt nullus euaderet. Metellus in affrica albino imperante ſubiugatū accepit regnum quem ita emendauit veteribus inſtitutis vt poſtea eos quibus ſub iugum miſſi fuerant ſuperarent. Simpri cepionis et mamlij legiones inter gallias deleuerunt quaꝝ reliquias cū. g. manus ſuſcepiſſet ita erudiuit ſcientia et arte pugnandi vt innumerabilem multitudinem non ſolum cimbrorum ſed etiam ceutonum et imbroꝝ publico ī arte deleret: facilius aūt eſt ad virtutem nouos inſtruere ꝙ reuocare ꝑterritos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Que ipſo die procuranda ſunt quo publica committitur pugna. Capitulum .xi.

Remiſſis leuioribus artibus belli aqud publici conflictus ĩcertum et ad fatalem diem̨ nationibus et populis ratione diſcipline militaris inuitat. Nam ĩ euentu aperti martis victorie plenitudo conſiſtit. Hoc ergo tẽpus eſt quo tanto magis duces debent eſſe ſolliciti q̃to magi ſperatur diligentibus gloria et maius periculum comitatur ignauos. In quo momento pericie vſus. doctrina pugnandi conſiliumqꝫ dominatur veteribus ſeculi mos fuit perco cibo curatos milites ad certamen educere vt citatiores ſumpta eſca redderet et longiore conflictu non fatigarentur in edia. Preterea obſeruandũ eſt preſentibus hoſtibus ſiue ex caſtris ſiue ex ciuitate producas ad p̄lium nedum per anguſta portarum perticulatim procedit exercitus a collectis ex parte debilitetur inimicis. Ideo prouidendum eſt vt ãte omnes milites egrediantur portas et aciem conſtruant ꝙ̄ hoſtis adueniat. Qđ ſi ĩtra ciuitatem manentibus paratus aduenerit aut differatur egreſſus aut certe diſſimiletur vt cum aduerſarij̄ inſultare ceperint hij̄s quos nõ putant exituros cum ad predam aut redeundum conuerterint animum cum ordines ſoluerint tunc illis ſtupentibus letiſſimi quiqꝫ prorumpant et conferri aggrediantur ignaros. obſeruatur autem ne longo ſpatio fatigatum militem ne vel poſt curſum equos ad publicum prelium cogas multum virium labore itineris pugnaturus amittit. Quid faciet qui ad aciem anhelꝰ aduentat hec veteres declinauerunt et ſuperiore vel nr̃a etate cum romani duces per impericiam non cauiſſe ne quid ampliꝰ dicam exercitus perdiderunt. Impar enim condicio eſt lapſum cum requieto ſudãtem cum alacri currentem cũ eo qui ſteterit ſubicere conflictum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Inueſtigandum quid faciant milites pugnaturi. Capit. xij.

pſa die qua certaturi ſunt milites quid ſentiāt diligēter conuenit explorare. Nam fiducia vel formido ex vultu verbis inceſſu motibus cernitur ne confidas ſed tyro prelium cupit. Inexperto enim dulcis eſt pugna et noueris oportere differre ſi exercitati bellatores metuunt dimicare. Monitis autem et hortatione ducis exercitui virtus creſcit et animus. Precipue ſi futuri certaminis talem exceperint rationem qua ſperent ſe ad victoriam peruenturos: tunc īimicorum ignauia vel horror oſtendendus eſt vel ſi ante a nobis ſuperati ſunt cō memorand̄. Dicenda etiam quibus militum mentes in odium aduerſariorꝝ ita et in dignatione moueātur animis pene oīm hominū hoc naturaliter euenit vt trepident cum ad conflictum hoſtium venerint ſine dubio autem infirmiores ſunt quorum mētes ipſe confudit aſpectus ſed hoc remedio formido lenitur ſi anteꝗ̄ dimices frequeuter exercitum tuum locis tutioribus ordines vnde et videre hoſtem et ignoſcere conſueſcant. Interd̄ audeant aliquid ex occaſione aut fugent aut interueniant ini micos. Inimicorꝝ mores aduerſariorꝝ arma equos recognoſcāt nam que ex vſu ſunt non timentur.

Quemadmod̄ ydoneus loc9 eligit̄ ad pugnam. Capit. xiij.

Onum ducem cōuenit noſſe magna parte victorie. ip̄m locum in quo dimicandum ſit poſſidere. Elabora ergo vt conſorturus manum primum auxilium captes ex loco: qđ tanto vtilior iudicatur ꝗ̄to ſuperior fuerit occupatus. In ſub iectos enim vehementius tela deſcendunt et maiore impetu ob nitentes ps altior pellit qui aduerſo nitit̄ cliuo duplex ſubīt cumulo et hoſte certamē. Sed illa diſtātia eſt ꝙ ſi de peditib9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

tuis victoriam ſperas contra equites hoſtium loca aſpera inequalia montuoſa debes eligere. Si vero de equitibus tuis contra aduerſarij pedites victoriam queris ſequi qui dem editiora loca ſed plana atqꝫ patentia neqꝫ ſiluis neque paludibus impedita.

Quemadmodum acies debeat ordinari vt in conflicta reddatur. Capitulum. xiiij.

Rdinaturus aciem tria debet ante proſpicere. ſolem puluerem ventum nam ſol ante faciem eripit viſum. Ventus contrarius tua inflectit et deprimit hoſtium adiuuat tela puluis a fronte congeſtis oculos implet et claudit. Hec momento eo quo acies ordinantur etiam im periti vitare ſolent ſed duci prouido cauendum eſt in fu turum ne poſt paululū antecedente die noceat ſolis mutata conuerſio ne ventus aduerſus hora ſolita eo pugnante naſ catur. Ita ergo conſtituantur ordines vt hic poſt occipi cium noſtrum ſic et ſi fieri poteſt aduerſariorum impetāt faciem. Acies dicitur exercitus inſtructus fronſqꝫ aduer ſus hoſtem expectat hec in pugna publica ſi ſapienter diſ ponitur plurimum uiuat ſi imperite quāuis optimi bella tores ſint mala ordinatione franguntur. Inſtruxionis lex eſt vt ī prīo exercitati et veteres milites collocentur quos ante principes vocabant. In ſecundo ordine circumdati ca thafractis ſagittarij et optimi milites cum ſpiculis vel lan ceis ordinent quos prius haſtatos vocabant. Singuli aūt armati indirectū tuos pedes inter ſe occupare conſueuerūt hoc ē in mille paſſus mille. d. c. lxvi. pedites ordinantur in longum vt ne acies interluceat et ſpatiū ſit arma tractandi

Inter ordinem autem et ordinem a tergo in latum ſex pedes diſtare voluerunt vt haberent pugnantes ſpatium accedendi atq; recedendi vehementius enim cum ſaltu incurſuq; tela mit tuntur. In hijs duobus ordinibus et etate maturi et vſu confi dentes et muniti etiam grauioribus armis collocantur. Hij enī advicem muri nec cedere nec ſequi aliquando cogendi ſunt ne ordines turbent ſed venientes aduerſarios excipere et ſtando pugnandoq; repellere vel fugare. Tercius ordo diſponitur de armaturis velociſſimis de ſagittarijs iuuenibus de bonis iacu latoribus quos ante ferrentarios nominabant. Quartus item ordo conſtruitur de ſcutatis expeditiſſimis: de ſagittarijs iunio ribus de hijs qui alacriter verrutis vel morciobarbulis quas primitiatas nominant dimicant qui dicebant levis armatura Sciendū ergo eſt ſtantibus duobus primis ordinibus tertium et quartum ordinē ad prouocandū cum miſſibilibus et ſagittis primo loco ſemper exire. Qđ ſi hoſtes in fugam vertere potue rint ipſi cum equitibus perſequuntur. Sin vero ab hoſtibus pulſi fuerint redeunt ad primam ac ſecundam aciem et inter ipſos recipiunt ſe ad loca ſua. Prima autem et ſecunda acies cum ad ſpatas et ad pila vt dicitur ventum fuerit totum ſuſti net bellum. In quarta acie ponebantur interdum corroboliſte manubaliſtarij fūdibulatores fūditores: fundibulatores ſunt qui fuſtibus lapides iaciunt. Fuſtis eſt longus pedum, iiij. cui per medium ligatur funda decurra et vtraq; manu īpulſus quaſi ad inſtar onagri dirigit ſaxa: funditores ſunt qui fūdis vtunt lino vel ſetis factis has enim dicunt eſſe meliores cum torro circa caput brachia dirigunt ſaxa quibus ſcuta deerant ſiue la pidibus iactis ſiue miſſibilibus ī hoc ordine dimicabāt: quos acceſſos tamq; iuniores et poſtea additos nominabāt. Sextus ordo poſt oēs a firmiſſimis et ſcutatis in omni genere armorū munitus bellatoribus tenebatur quos ātiqui triarios appellabāt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Hĳ vt requieti et integri atrius inuaderent hoſtes poſt vltimas acies ſedere conſueuerant. Si quid enim primis ordinibꝰ accidiſſet de eorum viribus reperationis ſpes tota pendebat.

Ratio pediſſimi q̄tū ſpatiū in acie īter ſingulos hoīes in lōgū vel inter ſingulos ordines in latū debeat cuſtodiri Ca.xv.

Explanato qualiter debeant acies inſtrui nunc potiſſimū ſpatium menſuramq; ipſius ordinis exponam. In mille paſſibus campi vna acies in .d.c.lxvi. ſuſcipit pedites propterea quia ſinguli pugnatores ternos occupant pedes. Qd ſi ſex acies in mille paſſibus campi volueris ordinare. d.cccc. .xc.vi. pedites ſunt neceſſarĳ. Si autem ī ternos ordines hūc numerum volueris tendere duo milia paſſuum comprehende ſed melius plures acies facere q̄ militē expandere ſuos pedes a tergo inter ſingulas acies in latum diximus interpatere debere et ipſi bellatores ſtantes ſingulos optinēt pedes. Ideoq; ſi .vi. acies ordinaueris .xlĳ. pedes in latum et .iĳ. paſſus in lōgum et .x. milia hominum tenebit exercitus. Si autem inter trinos volueris .xxi. pedes in latum et duo milia paſſuum in longum et .x. milium tenebit exercitus. Ad hanc rationem ſiue .xx. ſiue .xxx. peditum fuerint iuxta menſurā podiſſimi ſine aliqua dubitatione diſticultatis poterūt ordinari nec dux fallit͛ cum ſciat qui locus q̄tos capere poſſit armatos. Deniq; ſi anguſtior locus ſit vel multitudo ſufficiat etiam īde. viiĳ. aut amplius acies ordinare. Magis enim expedit vt conſerti pugnēt q̄ longius ſeparati. Nam ſi nimium fuerit acies tenuata cito ab aduerſarĳs facta imp̄ſſione perrumpitur et nullum poſtea poteſt eſſe remedium qui autem numeri in dextero cornu qui ī ſiniſtro qui ī medio debeāt ordīari vel iuxta dignitates eoꝝ ſeruantur ex more vel certe pro qualitate hoſtium cōmutant͛.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

De equitibus ordinandis. Capit. xvi.

Onſtructa acie peditum equites ponuntur in cornibus ita vt loricati omnes et cōtati iuncti ſint peditibus. Sagittarij autem vel qui loricas non habent lougius euagentur a fortioribus namqꝫ equitibus peditum protegēda ſunt latera et a velocioribus atqꝫ expeditis hoſtium cornua ſupfundenda atqꝫ turbanda: ſcire dux debet contra quos drumcos hoc eſt globos hoſtium quos equites oporteat poni. Nam ſcio quia occulta ratione ymmo pone diuina alij contra alios dimicant melius et qui fortiores vicerant ab inferioribus ſepe vincuntur Qđ ſi equites impares fuerint more veterum velociſſimi cum ſcutis leuibus pedites ad hoc ipſum exercitati hiſꝑm miſcēdi ſunt quos explicatos velices nominabant. Quo facto q̄uis fortiſſimi equites hoſtium fuerīt tamen aduerſus mixtum agmē pares eſſe non poſſunt vnum hoc remedium omnes duces veteres inuenerunt vt aſſuefacerent iuuenes currentes egregie et inter binos equites ſingulos ex hijs pedites collocarent cū leuioribus ſcutis gladijs atqꝫ miſſibilibus.

De ſubſidijs que poſt aciem collocantur. Capit. xvij

Ed optima ratio eſt et ad victoriam plurimū confert vt lectiſſimos de peditibus et equitibus cum vicarijs comitibus tribuniſqꝫ vacantibus habeat dux poſt aciē preparatos alios circa cornu alios circa medium vt ſit vbi hoſtis vehemētius inſiſtit ne rumpatur acies prouolent ſubito et ſuppleant loca additaqꝫ virtute inimicorum audaciā frāgant. Hoc primi lacones inuenerunt. Jnitati ſunt carthaginēſes romani vbiqꝫ ſeruauerunt. hac diſpoſitione nulla melior inuenitur. Nam directa acies hoc ſolum agere debet et poteſt vt hoſtem repellat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

aut fundat. Si cuneus ſit agendus aut forfex ſuperfluos habere debebis poſt aciem de quibus cuneum vel forficem facias Si ducenda ſit terra item ex habundantibus ducetur. Nam ſi de loco ſuo ordinatum militem tranſferre ceperis vniuerſa turbabis. Si globus hoſtium ſeperatus alam tuam aut partem aliquam vrgere ceperit niſi ſuperfluos habeas quos contra globum poſſis opponere ſiue equites ſiue pedites de acie tuleris dum alia vis defendere alia periculoſius denudabit. Qd ſi bellatorum tibi copia non habundat melius eſt aciem habere breuiorem dummodo in ſubſidijs colloces plurimos. Nã circa medias ptes campi ex peditibus bene armatis debes habere lectiſſimos de quibus cuneum facias et ſtatim acies hoſtium rumpas. Contra cornu autem de comcatis loricatiſqȝ equitibus ad hoc reſeruatis et leui armatura peditum alas hoſtium circumuenire te conuenit.

In quo loco primus dux ſtare debet in quo ſecund⁹ et ĩ quo tercius. Capitulũ. xviij.

Dux qui precipuam ſuſtinet poteſtatem inter equites et pedites in arte dextera ſtare conſueuit hic enim locus eſt in quo tota acies gubernatur ex quo rectus eſt liberqȝ procurſus. Ideo autem in vtroſqȝ conſiſtit vt ex cõſilio regere et auctoritate tam equites ꝙ pedites ad pugnam poſſit hortari hic de equitibus ſupernumerarijs mixtis peditibus expeditis aduerſariorum cornu ſiniſtris quod contra ipſum ſtat circumire debet et a tergo ſemp perurgere. Secucdus dux in media acie ponitur peditum qui eã ſuſtineat et firmet hic fortiſſimos pedites et bñ armatos de illis ſuperfluis ſecũ hr̃e debet ex quib⁹ aut ipſe cuneũ faciat et aciẽ hoſtiũ rũpat aut ſi aduerſarijs cuneũ fecerint ipſe forficem faciat vt cuneo illi poſſit occurrere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Jn ſiniſtra parte exercitus terciꝰ eſſe dux debet ſatis bellicoſus et prouidus quia ſiniſtra pars difficilior eſt et velut manca ĩ atie conſiſtit. Hic circa ſe bonos equites ſuperiumerarios et velociſſimos pedites habere debet de quibus ſiniſtram cornu ſemper extendat ne circumueniatur ab hoſtibus. Clamor aũt quẽ turbari nunc vocant priꝰ non debet attolli ꝙ acies vtraqꝫ ſe iunxerit. Jmperatorum enim vel ignauorum eſt vociferari de longe cũ hoſtes magis terreantur ſi cum teloꝝ ictu clamoris horror acceſſerit. Semper autem ſtudere debes vt prior ĩſtruas aciem quia ex arbitrio tuo potes facere qđ tibi vtile iudicas cum nullis obſiſtit. Deinde et tuis auges confidentiam et aduerſarijs fiduciam minuis quia fortiores videntur qui prouocare non dubitant. Jnimici autem incipiunt formidare qui vident contra ſe acies ordinari hinc additur maxinũ cõmodum quia tu inſtructus paratuſqꝫ ordinantem et trepidum aduerſarium preoccupas pars enim victorie eſt inimicum turbare antequã dimices.

Quibus remedijs virtuti vel dolis hoſtium reſiſtatur in acie. Capitulum. xix.

Xceptis ſuperuentibus vel incurſionibus repentinis ex occaſione ꝙ nunꝙ dux exercitatus amittit. Nam in itineribus iam fatigatis fluminũ tranſgreſſione diuerſis in paludibus occupatis in iugis montium laborantibus in campis ſparſis atqꝫ ſecuris ĩ manſione dormientibus oportunum prelium ſemper infertur cum alijs negotijs occupatus hoſtis priꝰ ĩterminatur ꝙ preparare ſe poſſit. Qđ ſi cauti ſint aduerſarij et ĩſidiaꝝ nulla ſit copia tunc aduerſus pñtes ſcientes videntes equa conditione pugnat᷑. Tñ ars belli non minus ĩ hoc opto conflictuꝙ in occultis fraudibus adiuuat eruditos. Cauendũ maxime ab ala cornuqꝫ ſiniſtro quod ſepius euenit: aut certe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

dextro quod licet raro contingat circumueniātur cui a multitu
dine hoſtium aut a vagantibus globis quos dicunt druncos:
quod ſi accederit vnū remedium eſt vt alam cornuqꝫ replices
et rotundes quatinus conuerſi tui ſociorum terga defendant
Sed in angulo ipſius extremitatis fortiſſimi collocentur quia
ibi impetus amplior fieri conſueuit. Jtem aduerſus cuneum
hoſtium certis reſiſtitur modis. Cuneus dicitur multitudo pe
ditum que iuncta cum acie primo anguſtior deinde latior pro
cedit et aduerſariorum ordines rumpit quia pluribus in vnū
locum tela mittuntur quam rem milites nomināt caput porci
num. Contra quod ordinatio ponitur quam forticem vocant
nam excellentiſſimis militibus in. v. litterā ordo componitur
et illū cuneum excipit atqꝫ ex vtraqꝫ parte cōcludit quo facto
aciem non poteſt rumpere. Jtem ſarra dicitur que a ſtrennuis
directa ante frontem opponitur hoſtibus vt turbata acies rep
etur. Globus autem dicitur ꝙ a ſua acie ſeperatus vago ſuper
uentu incurſat inimicos contra quem alter populoſior immitti
tur globus. Obſeruandum quoqꝫ ne ſub tꝑe quo iam cōmittit
pugna velis ordines commutare aut de locis ſuis aliquos nu-
meros ad alia tranſferre ſtatim enim naſcitur tumultus atqꝫ
confuſio quia imperatis conturbatuſqꝫ facilius hoſtis incūbit.

Quot generibꝰ pena publica committatur
et quomodo etiam qui inferior numero et
viribus eſt valeat optinere. Capit. xx.

Epugnationis ſeptem ſunt genera vel modi cum infeſta
ex vtraqꝫ ꝑte ſigna confligunt vna depugnatio ē frōte
longa quadro exercitu ſicut etiam nunc et prope ſemper ſolet
preliū fieri. Sed hoc genus depugnationis periti armoꝝ non
optimum iudicant quia in prolixo ſpatio cōtenditur acies non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

equalis ſemper campus occurrit et hiat aliquid in medio vel ſinus et curuatura fit et in eo loco acies frequenter irrumpit. Preterea ſimilitudīe aduerſarius antecedit a lateribus vt dextram aut ſiniſtram alam circumuenit ī quo periculum magnū eſt niſi ſupernumerarios habeas qui procurent hoſtemq; ſuſtineant: hoc genere ſolus debet confligere qui plures et fortes habuerit bellatores vt ex vtraq; cornu hoſtē circumueniat et quaſi in ſinum ſui concludat exercitus. Secunda depugnatio eſt obliqua plurimis melior ī qua ſi paucos ſtrēnuos loco ydoneo ordiaueris etiam ſimilitedine hoſtium et virtute turberis tamen poteris reportare victoriam huius talis eſt modus cū inſtructe acies ad congreſſum veniunt: tunc tu ſiniſtram alam tuam a dextrā aduerſarij longius ſeperabis ne vel miſſilia ad eam perueniant vel ſagitte perueniant. Dextram autem alam tuam ſiniſtre ale illius iunges et ibi primum inchoa prelium ita cum equitibus optimis et probatiſſimis peditib9 ſiniſtrā partem illius ad quam te iūxeris aggrediaris atq; circumeas et detrudendo ac ſuper currendo ad hoſtium terga peruenias. Qđ ſi ſemel aduerſarios exiñ pellere ceperis accedentibus tuis indubitatam victoriam conſequeris et pars exercitus tui quā ab hoſte ſubmoueris ſecura durabit ad ſimilitudinem autem .l vel libelle fabrilis acies in hoc dimicandi genere cōponunt. Qđ ſi tibi prior aduerſarius fecerit illos quos poſt aciem ſupnumerarios diximus debere poni tam equites q̄ꝫ pedites ad ſiniſtrum tuū colliges cornu et ſic aduerſario reſiſtes magnis viribus ne arte pellaris. Tercia depugnatio eſt ſimilis ſecūde ſed in hoc deterior ꝙ a ſiniſtro cornu tuo cum illius incipis dextro confligere. Nam quaſi mancus īpetus eſt eorum et apti cūm difficultate aggrediuntur hoſtes qui in ſiniſtro dimicant: cornu quod apertius explanabo: ſi quādo aliam ſiniſtrā lōge habueris melior eſt tunc ei fortiſſimos equites pediteſq; cōiūge

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

et ingreſſu ipſam primam applica ad aliam hoſtium dextram
et q̄tum potes aduerſarij dextram partem pellere et circum
ire feſtina. Tuam autem aliam exercitus partem in qua dete
riores bellatores habere te noſti a ſiniſtra illius longiſſime
ſepara ne vel gladijs inuadatur vel ad eam tela perueniant.
In hoc genere cauendum eſt ne inimicorū cuneis tranſuerſa
tua acies elidat̄. Hoc autem modo vno caſu vtiliter pugna
uerit ſi aduerſarius īfirmiorem dextrum cornu habuerit et
tu longe fortiorem ſiniſtrum. Quarta depugnatio talis eſt cū
ordīaueris aciem ante.cccc.vel.d.paſſus quam ad hoſtem ꝑ
uenias non ſperante eo ſubito ābas alas tuas incitare conue
nit vt exvtroqȝ cornu hoſtes vertas improuiſos in fugam et
ſcelerius victoriam conſequaris. Sed hoc genus certaminis
licet cito ſupet ſi exercitatos fortiſſimoſqȝ perduxerit tamen
periculoſum eſt quia mediam aciem ſuam qui ſic dimicat nu
dare compellitur et in duas partes exercitum ſeperare et ſi
primo impetu victꝰ non affuerit īimicus habet occaſionem q̄
īuadat et diuiſa cornua ad mediam aciē deſtitutam. Quinta
depugnatio eſt quarte ſimilis ſed hoc vnum amplius habet
ꝙ leuem armaturam et ſagittarios ante primam aciem ponit
vt illis reſiſtentibus non poſſit inrumpi non ſi dextro cornu
ſuo ſiniſtrum illius et de ſiniſtro cornu ſuo illius dextrum ag
greditur. Qd̄ ſi fugare potuerit ſtatim vicit ſi minus media
acies ipſius non laborat quia alieni armatura ſagittarijſqȝ
defenditur. Sexta depugnatio optima eſt prope ſimilis ſede
re qua vtuntur qui de numero ſuorum et virtute deſperant.
Et ſi bene ordinauerit q̄uis cum paucioribꝰ ſepe victoriam
conſequuntur. Nam cum inſtructa acies ad hoſtes accedit
dextram alam tuam ſiniſtre ale hoſtium iunge et ibi ꝑ equi
tes probatiſſimos et velociſſimos pedites incipe prelium ne
quam autem partē exercitus cui longiſſime ab aduerſarioꝝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

acie remoue et indirectum porrige quaſi verunam cum ſiniſtrã partem illius a lateribus et a tergo ceperis cedere ſine dubio vertetur in fugam aduerſarius nec dextra parte ſua nec dimi dia acie poteſt ſuis laboribus ſubuenire quia acis tua exten ditur et totam ſe porrigit ad ſimilitudinem littere lõgiſſimeq; recedit ab hoſtibus quo genere in itineribus ſepe confligitur

Septima depugnatio eſt que loci beneficio adiuuat dimicãtẽ In hac quoq; et cũ paucioribus et cum minꝰ fortibus poteris aduerſarium ſuſtinere: hoc eſt ſi montem aut mare aut flumẽ aut lacum aut ciuitatem aut paludes aut abrupta in vna ꝑte habeas ex qua hoſtis nõ poſſit accedere. Reliquum exercitum tuũ dirrcta acie ordines ſed in illa que munitionem non habet omnes equites et ferrentarios ponas tunc ſecurus pro tuo ar bitrio cũ hoſte confliges quia ab vna parte loci natura tenuit ab alia duplex prope ponitur equitatus. Illud tñ obſeruandũ eſt quo nichil melius inuenitur vt ſine dextro cornu ſolo pug nare volueris ibi fortiſſimos ponas ſiue de ſiniſtro ibi ſtrẽnuos colloces ſiue iu medio cuneos facere volueris per quos acies hoſtium rumpas. In cuneo exerciſſitatiſſimos ordines bellato res victoria enim per paucos fieri conſueuit tantũ eſt vt electi a duce ſapientiſſimo in hijs locis in quibus ratio et vtilitas poſtulat ordinentur.

Via aſcendendi hoſtibus danda vt deleant᷑ facilius fugientes. Capitulum.xxi.

Leriq; rei militaris ignari pleniorem victoriam credunt ſi aduerſarios aut locorum anguſtijs aut armatorũ ple nitudine circumdiderint vt aditum non inueniant abſcedendi ſed clauſis ex deſperatione creſcit audacia et cum ſpei nichil eſt ſumit arma formido libenter cum precio mori qui ſine dubio ſcit ſe eſſe moriturum. Ideoq; ſcipionis laudata ſentẽtia ẽ qui

dixit viam hoſtibus qua fugiam minime muniamus. Nam cũ abſcendendi aditu patefacto mentes oĩum ad prebenda terga conſeſerint in vltimo repetu dum trucidantur ne in conſequentium vnum periculum eſt cum victi quibus defendi potuerant arma conuerterint hoc genere q̃to maior fuerit tanta facilius multitudo proſternitur. Neq3 enim ibi requirendus eſt numerus vbi animus ſemel territus non tam tela hoſtium cupit declinare quam vultum. Ceterum clauſi licet exiguo numero et infirmi viribes ipſo tamen ſunt hoſtibus pares: quia deſperantes ſciunt aliud ſibi licere non poſſe: nam vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem.

Quẽadmoḋ ab hoſtibus recedatur ſi cõſilium diſplicet pugne. Capitulum. xxij.

Igeſtis omnibus que ratio militaris experimentis et arte ſeruauit vnumupereſt docere quemadmodum recedatur ab hoſtibus nam diſcipline bellice exemplorum periti nuſq̃ maius periculum imminere teſtantur. Qui enim ante congreſſum recedit ex acie et ſuis fiduciam minuit et inimicis addit audaciam. Verum quia hoc ſepius neceſſe eſt euenire quibus modis tuto poſſit fieri declarandum eſt. Primum vt tui neſciant ideo te recedere quia declinas mire conflictum ſed credant arte aliqua ideo ſe reuocari vt ad oportuniorem locum inuitetur hoſtis ac facilius ſuperetur aut certe in ſequentibus aduerſariis ſecretiores collocentur inſidie. Nam neceſſe ē ad fugam parati ſint q̃ ducẽ ſuũ ſentiũt deſpare. Illud quoq3 vitanḋ ē ne hoſtes te recedere ſentiãt et ſtatĩ irruant. Propterea pleriq3 ante pedites equites poſuerunt vt diſcurrentes aduerſarios videre non ſinerent quemadmoḋ pedites abſcedebant. Itẽ particulatim incipiẽtes a primis ſingulas acies ſubducebant retroq3 reuocabant ĩ gradu ſuo manentibus reliquis quos ſenſi et poſt aciẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

ſeqʒ ad illos iungebant quos ſubduxerant. Primum aliquanti exploratis itineribus nocte cum exercitu recedebant vt hoſtes die orta cum intellexiſſent non poſſent comprehendere precedentes. Preterea leuis armatura p̄mittebat̄ ad colles ad quos ſubito tutorevocaret̄ exercitus: et ſi hoſtes inſequi voluiſſent a leui armatura que āte occupauerat locum additis equitibus fūdebantur: nichil enim periculoſius eſtimant quā ſi in cōſulte in ſequentibus ab hijs qui in ſubſeſſa fuerint vel qui ante ſe parauerint obſeruetur. Hoc tempus eſt quo oportune collocāt̄ inſidie quia aduerſum fugientes maior audacia et minor cura eſt. Neceſſario autem amplior ſecuritas grauius ſolet habere diſcrimen in paratis cibum capientibus ī itinere laſſis equos ſuos paſcentibus ac nichil tale ſuſpicantibus ſuperuētus aſſolent fieri: quod et nobis vitandum eſt et hoſti in eiuſmōi occaſionibus pernicies īferenda hoc enim caſu oppreſſis nec virtꝰ pōt. nec multitudo prodeſſe qui in acie publica vincit̄ pugna licet et tibi pars plurimum proſit: tamen ad offenſionem ſuam poteſt accuſare fortunam: qui vero ſuperuentum inſidias ſubſeſſas paſſus eſt culpam ſuam nō poteſt excuſare: quia hec et vitare potuit et per ſpiculatores ydoneos āte cognoſcere. Cū receditur talis fraus ita fieri conſueuit. Recto itinere pauci equites inſecuntur valida manus occulte per alia mittitur loca vbi ad agmen īimicorum perueniunt: equites temptāt leuiter atqʒ diſcedunt illic redeunt quidquid īſidiaꝝ fuerit preteriſſe et ſine cura ſoluuntur ad negligentiam. Tunc illa manus que ſecreto itinere deſtinata fuerat ſuperueniens: opprimit ignorantes. Multi cum ab hoſte diſcedunt: ſi per ſiluas ituri ſunt premittunt qui anguſta vel abrupta occupent ne ibidem patiātur īſidias et rurſus poſt ſe preſciſis arboribꝰ vias claudūt quas conſides vocant vt aduerſarijs facultatē adimant ꝑſequendi et pene vtriqʒ parti in itinere ad ſubſeſſas cōmunis occaſio eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Nam qui precedit oportunis vallibus vel ſiluoſis montibus quaſi poſt ſe reliquit inſidias in quas cum inciderit inimicus recurrit ipſe et adiuuat ſuos. Qui vere ſequitur aduerſus ſe mitis longe ãte deſtinat expeditos et precedentem aduerſariũ arcet ad tranſitum deceptumqꝫ a fronte et a tergo concludet dormiẽtibus noctu aduerſarius et qui preceſſit poteſt regredi et qui ſequit᷑ ꝙ̃tũvis interſit poteſt ſuperuenire per fraudem. In tranſfretatione fluuiorum qui precedit illam partem temptat opprimere que prima tranſierit dum reliqui alueo ſeperant᷑ qui autem ſequitur feſtinato itinere illos qui non potuerunt tranſire conturbat.

De camelis et cathafractis et equitibus. Capit.xxiij

Amelos aliq̃te nationes apud veteres produxerunt in acie et triciliani intra affricam vel ceteri mane ices hodieqꝫ producũt. Sed hoc genus animalium aureus et tollerãt ſiti aptum confuſas etiam in puluerem vento vias abſqꝫ errore dirigi memoratur. Ceterum preter nouitatem ſi ab ĩſolutis videatur inefficax eſt. Cathafracti equites propter munimina que gerunt ĩ vulneribus tuti. Sed propter impedimentum et pondus armorum capi facile eſt aliaqꝫ hijs frequenter obnoxij contra diſperſos pedites ꝙ̃ contra equites in certamine meliores tamẽ aut ante legiones poſiti aut cum legionarijs mixti quando cominus hoc eſt manu ad manum pugnant acies hoſtium ſepe rumpunt.

Quõ q̃drigis falcatis ł elephãtis ĩ acie poſſit obſiſti. Ca.xxiiij

Vadrigas falcatas ĩ bello rex anthiochꝰ et nutridates habuerunt: q̃ vt primo magnũ ĩtulere errorem ita poſt modum fuere deriſui. Nam difficile currus falcatus planum ſemper inuenit campum et leui impedimento retinetur vnoqꝫ

afflictu aut vulnerato equo decipitur ſed maxime ac romanoꝝ
militum arte perierunt vbi ad pugnam ventum eſt repente to
to campo romani tribulos abiecerunt in quos currentes qua
drige cum incidiſſent delete ſunt. Tribulus aūt eſt ex quatuor
palis confixum pugnaculum quod quomodo abieceris tribus
radijs ſtat et erecto quarto infeſtum eſt. Elephanti in prelijs
magnitudine corporū barritus horrore forme ipſius nouitate
homines equoſqꝫ conturbant. Hos contra romanum imꝑium
exercitum primus in lucania rex pirrhus eduxit poſtea hani
bal in affrica rex anthiochꝰ in oriente in gutta in numidia co
pioſos habuerūt aduerſum quos diuerſa reſiſtendi excogitata
ſunt genera. Nam et centurio in lucania gladio manum quam
promiſcidem vocant vni abſcidit et bini cathafracti equi iun
gebāt ad curꝝ. Quibꝰ īſidentes clibanarij ſariſas hoc ē lōgiſſi
mos cōtos in elephantes dirigebant: nam muniti ferro nec a
ſagittarijs quos vehebant belue ledebantur et earum impetū
equoꝝ ſceleritate vitabāt. Alij cōtra elephantes cathafractos
milites immiſerunt ita vt in brachijs eorum et ī caſſidibꝰ vel
humeris aculei ingentes ponerentur e ferro nec elephans bel
latorem contra ſe venientem poſſet apprehendere. Precipue ta
men velites antiqui aduerſum elephantes ordinauerunt. Veli
tes autem erāt iuuenes leui armatura et corpore alacri qui ex
equis optimis miſſilia dirigebant. Hij equis precurrentibus
ad latiores lanceas vel maiora ſpicula beluas occidebant. Sed
creſcente audacia poſtea collecti plures milites ꝑiter pila hoc
eſt miſſilia vel elephantes congerebant eoſqꝫ vulneribus elide
bāt. Illud additum eſt vt fonditores cum fundibalis et fundis
rotundis lapidibꝰ deſtinatis nidos ꝑ quos regebant elephāti
cum ipſis curribus affligerent atqꝫ mactarent quo nichil tutiꝰ
īuenitur. Preterea veniētibus beluis quaſi irrupiſſent aciem
ſpatiū milites dabant que cum in agmine medium ꝑueniſſent

[e]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

circumfuſis vndiqꝫ armatoꝛum globis cum magiſtris abſqꝫ
vulneribꝰ capiebantur illeſe. Carrobaliſtas aliquāto maioꝛes
Hec enim longius et vehementius ſpicula dirigunt ſuppoſitos
curribus cum binis equis aut mulis poſt aciem oꝛdinari. Et
cum ſubiactu teli acceſſerint beſtie ſagittis tranſſiguutur latiꝰ
tamen contra eos et firmius pꝛefigitur ferrum vt in magnis
coꝛpoꝛibus maioꝛa ſint vulnera aduerſus elephātes plura ex-
empla et machinamenta retulimꝰ vt ſi quando neceſſitas poſ
tulauerit ſciatur que ſint tam in manibus beluis opponenda

Quid fieri debeat ſi vel ꝑs fugerit vel totꝰ exercitꝰ. Ca. xxv.

Ciendum vero eſt ſi pars exercitus vicerit et pars fu-
gerit minime deſperandum cum in eiuſmodi neceſſitate
ducis conſtantia totam ſibi poſſit vindicare victoꝛiam. Innu-
merabilibus hoc accidit bellis et ſuperioꝛes ſunt habiti qui
minime deſperarunt. Nam in ſimili condicione foꝛtioꝛ creditur
quem aduerſa non frangunt pꝛioꝛ ergo diſceſſis hoſtibus ſpo
lia capiat ꝙ ſi dicunt colligat campum pꝛioꝛ clamoꝛe a buci-
nis exultare videatur. Hac fiducia perterrebit inimicos ſuis
fiduciam gemīabit quaſi victoꝛ ex omni parte diſceſſeris. Qđ
ſi in aliquo caſu omnis in acie fundatur exercitus parnicioſe
cladis tamen reparationis multis foꝛtuna non defuit et medi
cina querenda eſt. Dux ergo pꝛouidus ſub ea cautela publico
debet marte confligere vt ſi quid pꝛo varietate belloꝛum vel
condicionis humane ſecus abſciderit abſqꝫ graui detrimento
liberet victos. Nam ſi vicini colles fuerint ſi poſt terga muni
cioſi ceteris abſcidentibus foꝛtiſſimi queqꝫ reſtiterint ſe ſuoſqꝫ
ſeruabunt frequenter iā fuſa acie diſperſos ac paſſim ſequētes
reparatis viribus interimit. Nunq̄ꝫ exultantibꝰ maiꝰ ſolet eue
nire diſcrimen ꝙ̄ cū ex ſubita ferocia in foꝛmidinē cōmutant᷑.

Sed quocumqꝫ euentu colligendi ſunt ſuperſtites bello eligē
di adhortationibus congruis et armorum inſtauratione refo-
uendi. Tunc noui delectus noua queruntur auxilia et quod
amplius prodeſt captatis occaſionibus in ipſos victores per
occultas iſidias impetus ac ſic audacia reperanda nec oportu
nitas deſit cum pro felicitate ſuperiꝰ et incautius mentes effe
rantur humane. Si quis hunc caſum vltimum putat cogitet
euentus omnium preliorum inter inicia contra illos magis fu
iſſe quibus victoria debebatur.

Regule generales bellorum. Capit. xxvi.

N omnibus prelijs expeditionibus cōdicio talis eſt vt
quod tibi prodeſſe aduerſario noceat quod illum iuuat
tibi ſemper officiat. Numq̄ ergo ad illius arbitrium aliquid
facere vel diſſimilare debemus ſed id ſolum agere quod vobis
vtile iudicamus. Contra te enim eſſe incipit ſic imiteris quod
fecit ille pro ſe et rurſum quidquid pro tua parte temptaueris
contra illum erit ſi voluerit imitari. In bello qui plus in agra
rijs vigilauerit plus in exercendo milites laborauerit minus
periculum ſuſtinebit numq̄ miles in aciem producendus eſt
cuius ante expimenta non ceperis aut inopia aut ſuperuētibꝰ
aut terrore. Melius eſt forte fame domari q̄ prelio in qua ā
plius ſolet fortuna poteſtatis habere q̄ virtus. Nulla conſilia
meliora ſunt niſi illa que aduerſarius ignorauerit anq̄ facias
occaſio in bello amplius ſolet iuuare q̄ virtꝰ. In ſollicitandis
ſuſcipiendiſqꝫ hoſtibus ſi cum fide veniant magna fiducia eſt
quia eduerſarium amplius frangunt tranſfuge q̄ perempti. Me
lius eſt poſt aciē plura ſeruare preſidia q̄ latius militē ſpgere
Difficile vicitur qui vere poſt de ſuis et aduerſarij copijs iudi
care. Amplius iuuat virtus q̄ multitudo. Amplius prodeſt locꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

ſepe ꝙ̃ virtus paucos viros fortes natura procreat bona in
ſtitutio plures reddit . Induſtria exercitus labore proficit
ocio cõſueſcit anteꝙ̃ ad certamen publicum perduxeris mi
litem niſi cum eum videris ſperare victoriam ſubita cõterent
hoſtes vſitata vileſcunt qui diſperſis ſuis inconſulte ſequi-
tur quam ipſe acceperat aduerſario vult dare victoriã ꝙ fru
mentum neceſſariumq; commeatum non preparat vincitur
ſine ferro ꝙ multitudine et virtute procedit quadrata dimi
cet frõte qui primus eſt modus qui imparem ſe iudicat dex
tro cornu ſuo ſiniſtrum cornn pellat inimici qui ſecundus
eſt modus qui ſiniſtram alam hoſtes inuadat qui eſt terci
us modꝰ qui habet exercitatiſſimos milites in vtroq; cornu
par et prelium debet incipere qui quartus eſt modus qui
leuem armaturam optime regit vtramq; alam hoſtis ĩuadat
ferrentarijs ante aciem cõſtitutis q̊ quintus eſt modus. Qui
nec numero militum nec virtute confidit ſi depugnaturus de
dextera ſua ſiniſtram alam hoſtium pulſet. Reliquis ſuis por
rectis ĩ ſimilitudine veri qui ſextus eſt modꝰ qui pauciores
infirmioresq; habere ſe nouit ſeptĩo modo ex vno latere aut
montem aut ciuitatem aut mare aut fluuium aut aliquod
habere debet ſubſidium. Qui cõfidit equitatu aptiora loca
querat equitibꝰ et rem magis per equites gerat ꝙ confidit
pedeſtribꝰ copijs aptiora loca peditibus querat et rẽ magis
per pedites gerat. Cum explorator hoſtiũ latenter aberrat
in caſtris omnes ad tentoria ſua per diem redire iubeantur
vt ſtatim deprehenditur explorator cum cõſilium tuum cog
noueris aduerſarius proditum diſpoſitionẽ mutare cõuenit
quid fieri debeat tractato cum multis qui vero facturis ſis
cum pauciſſimis vel fidiſſimis vel potiꝰ ipſe tecum milites
timor et pena in ſedibus corrigit. In expeditionibus ſpes
ac premia faciunt meliores boni duces certamine numquã

niſi ex occaſione aut nimia neceſſitate confligunt. Magna diſ
poſitio eſt hoſtem fame magis vrgere ꝙ ferro. De equitatu
ſunt multa precepta. Sed cum hic pars milicie vſu exercitij
armorum genere et equorum nobilitate profecerit ex libris
nichil arbitror colligend̄ cū priꝰ doctrina ſufficiat quogenere
depugnaturꝰ ſis neſciant hoſtes ne aliquibꝰ remedijs obſiſtere
moliantur. Digoſta ſunt imperator inuicteqꝫ nobeliſſimi aucto
res diuerſis probata temporibus per experimentorum fidem
memorie prodiderunt vt ad periciam ſagittandi quam in ſere
nitate ſua parſa miratur ad equitandi ſcientiam vel decorem
quam hunorum alanorumqꝫ natio vellet imitari ſi poſſet ad
currendi velocitatem quam ſarracenus induſqꝫ non equat ad
armature exercitationem cuius campiductores vel pro parte
exempla ītellexiſſe gaudent regula preliandi. ymmo vincendi
artificium ingeratur quatinus virtute pariter ac diſpoſitione
mirabilis reipublice tue et imperatoris officium exhibueris et
militis.

Incipit prologus libri quarti.

Greſtem incultamqꝫ hominum inicio ſeculi vitam a
cōmunione brutorum animalium vel ferarum vrbiū
conſtitutio prima diſcreuit in hijs nomen reipublice
repperit cōmunis vtilitas. Ideo penitiſſime nationes ac prin-
cipes conſecrati nullam maiorem gloriam putauerunt ꝙ aut
fuudare nouas ciuitates aut ab alijs conditas in nomen ſuum
ſub quadam amplificatione tranſferre in quo opere clementia
ſerenitatis tue optinet palmam ab hijs enim vel pauce vel ſin
gule a pietate tua innumerabiles vrbes ita iugi labore ꝑfecte
ſunt vt non tam humana manu condite ꝙ diuino nutu videan
tur renate. Cunctos imperatores felicitate moderatione caſti-
monie exemplis indulgentia ſtudiorum amore p̄cedis. Regni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

animiqꝫ tui bona cernim9 et tenem9 q̄ anticipare et ſuperioꝛ opoꝛtuit etas et extendi īperpetuū ventura deſiderat. Quibus reb9 tm̄ vniuerſo oꝛbi pꝛeſcitū gratulamur q̄tū vel humana mens petere vel gracia potuit diuina cōferre ſed diſpoſitiōib9 vr̄e clementie q̄tū pꝛofuerit muroꝝ elaborata cōſtructio roma documētū eſt que ſalute ciuiū capitoline artis defenſiōe ſerua uit vt gloꝛioſius poſtea totius oꝛbis poſſideret imperium. Ad complementum igitur operis maieſtatis veſtre pꝛeceptione ſuſ cepti rationes quibus vel noſtre ciuitates defendende ſint vel hoſtium ſubruende ex diuerſis auctoꝛibus in oꝛdine digeram nec laboꝛis pigebit cum omnibus pꝛofutura condantur.

Incipit liber quartus. Qualiter ciuitates an opere an natura debent muniri. Capit. i.

Rbes atqꝫ caſtella aut natura muniuntur aut manu aut vtroqꝫ quod firmius ducit̄ natura aut locoꝛum editu vel abrupta aut circumfuſo mari ſiue paludibus ſiue flumi nibus manu foſſis ac muro in illo naturali beneficio tutiſſimo eligentis conſilium in plano q̄rit̄ fundantis induſtria. Videm9 ātiquiſſimas ciuitates ita in cāpis patentib9 conſtitutas vt deficiente auxilio locoꝛū arte tn̄ et ope redderentur inuicte.

Non directos ſed anguloſos muros faciendis. Ca. ij.

Mbitum num directum veteres duci noluerunt ne ad ictus arietū eſſet expoſitus ſed ſinuoſis anfractib9 iactis fundamētis clauſere vrbes crebrioꝛeſqꝫ turres in ipſis angulis reddiderunt. Propterea quia ſi quis ad murum tali oꝛdinatiōe conſtructum vel ſcalas vel machinas voluerit admouere non

ſolum a fronte ſed etiam a lateribus et prope a tergo velut in ſiuum circumcluſus opprimitur.

Quemadmodum murus e terra iuugatur adiecta. Ca. iij.

Drus autē vt nunꝙ̄ poſſit elidi hac ratione perficitur. Interuallo vicenorum plenum pedum interpoſito duo intrinſecus parietes fabricantur. Deinde terra que de foſſis fuerit egeſta inter illos mittitur vectibnſqꝫ denſatur ita vt a muro primus paries prorata inferior ſecundus longe minor ducatur vt de plano ciuitatis ad ſimilitudinem gradum quaſi cliuo molliuſqꝫ ad propugnacula poſſit aſcendi. quia nec murus illis poſſit arietibus rumpi quem terra confirmat et quouis caſu deſtructis lapidibus ea que inter parietes denſata fuerit ad muri vicem ingruentibus moles obſiſtit.

De catharactis et portis ne noceantur ab igne. Ca. iiij.

Auetur preterea ne porte ſubiecte ignibus exurantur propter quod ſicut corijs ac ferro tegende ſed amplius ꝙ̄ inuenit antiquitas vt ante portam addatur propugnaculū in cuius ingreſſu pontur catharacta que anulis ferreis ac funibus pendet vt ſi hoſtes intrauerint de miſſa eadem extinguantur incluſi. Ita tamen ſupra portam murus eſt ordinandus vt accipiat foramina per que de ſuperiore parte effuſa aqua ſubiectum reſtringat incendium.

De foſſis faciendis. Capitulum. v.

Oſſe autem āte vrbes latiſſime altiſſimeqꝫ faciende ſunt vt nec facile poſſint equari repleriqꝫ ab obſcidentibus

et cum aquis ceperint redundari ab aduerſario cuniculum cō tinuari minime patiantur. Nam duplici modo opus ſubterra neum peragi earum altitudine et inundatione prohibetur.

Ne ſagittis hoſtium homines ledant̄ in muris. Ca. vi.

Ormidatur ne multitudo ſagittariorum de propugnaculis exterritis defenſoribus oppoſitiſq; ſcalis occupet murum aduerſum ꝙ cathafractas atq; ſcuta in ciuitatibus debēt habere ꝙ̄ plurimi. Deinde propugnacula duplicia ſaga ſiliciaq; tenduntur impetumq; excipiunt ſagittarum. Neq; enim facile trāſeunt ſpicula remq; cedit aut fluctuat ī ventum quoq; remedium eſt vt de ligno crates facerent quas medullas vocauerunt lapidibuſq; complerent ea arte inter bina propugnacula conſtitutas vt ſi per ſcalas aſcendiſſet hoſtis et partem aliquam ipſius contigiſſet ſuper caput ſuum vergerent ſaxa.

Quibus modis prouidendum ſit ne famem patiantur obſeſſi. Capitulum. vij.

Ulta defenſionū oppugnationumq; ſunt generaq; locis competentibus inſeremus n unc ſciendum eſt obſidendi duas ſpecies eſſe vnam cum aduerſarijs opportunis locis preſidijs ordinatis vel aqua prohibet incluſos vel dedicionem ſperata fame quando omnes prohibuerit commeatus. Hoc enim conſilio ipſe ocioſus ac tutus fatigat inimicum ad quos caſus poſſeſſores ꝙ̄uis leui ſuſpiciōe pulſati omnem alimoniam victus intra muros debent ſtudioſiſſime collocare vt ipſis excuberet ſubſtantia aduerſarios inopia cogitat abſcedere. Non ſolū aūt porcinū ſed et ōne aīaliū gen⁹ ꝙ īluſum ſeruari nō poterit deputari oportʒ ad lardū vt admīculo carnis frumēta ſufficiāt

Aues aūt cohortales et ſiue impenſa in ciuitatibus nutriunt
vt propter erogantes ſunt neceſſarie pabula equis precipue
congerenda et que aſportari nequiuerint exurenda vini aceti
ceterarumq frugum vel pomorum congerende ſunt copie nich
ilq quod ſuis proficiat hoſtibus relinquendum. Nam vt hor
ror cura in viridarijs domorum vel aeris exerceantur vtilita
tis aut voluptatis racio perſuadet. Parum autem proficit plu
rimum collegiſſe niſi ab exordio dimēſiōe ſalubri per ydoneos
erogantie temperetur numq periclitati ſunt fame qui fruga-
litatem inter copios ſeruare ceperunt. Imbecillis quoq etas
ac ſexus propter neceſſitatem victus portis frequenter excluſa
eſt ne penuria opprimeret armatos a quibꝰ menia ſeruabant.

Que ſpecis preparande ſunt pro de fenſione murorum. Capit. viij.

Itumē ſulphur picem liquidam oleum quod īcendiariū
vocant ad exurendas hoſtium machinas conuenit pre-
parari. Ad arma facienda ferrum vtriuſq temperature et car
bones ſeruantur in conditis. ligna quoq haſtilibus ſagittiſq
neceſſaria reponuntur ſaxa rotunda de fluuijs quia pro ſolidi
tate grauiora ſunt et aptiora mittentibus diligentiſſime colli
guntur ex quibus muri replētur et turres minima fundis ſiue
fuſtibalis vel manibus iacienda maiora per onagros dirigun
tur maxima vero pondere formaq volubili in propugnaculis
digeruntur vt dimiſſa per preceps non ſolum hoſtes obruant
ſubeuntes ſed machinamenta confringant. Rote quoq de lig
nis viridibus ingentiſſime fabricantur vel interſciſi ex validiſ
ſimis arboribus cilindri quas taleas vocāt vt ſint volubiles
lenigantur que per pronum labentia ſubito impetu bellatores
ſolent quoſq deterrere trabes quoq et tabulata vel diuerſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

magnitudinis clauos ferreos eſſe opoꝛtet ĩ prõptu. nã oppug nãtium machinas per alias machinas conſueuit obſiſti. Pre cipue cum ſubitis operibus addenda ſit muris vel propugna culis altitudo ne aduerſariorum mobiles turres ſuperemine ant et capiant ciuitatem.

Quid faciendum ſit ſi neruorum defuerit copia. Ca.ix.

Eruorum copia ſummo ſtudio expedit colligi quia ona gri vel baliſte ceteraqꝫ tormenta niſi funibus neruinis ĩtenta nichil proſunt equorum tam ſete de caudis ac iubis ad baliſtas vtiles aſſeruntur. Indubitatum eſt vero crines ſemi narum eiuſmodi tormentis non minorem habere virtutem ro- mane neceſſitatis experimento. Nam ĩ obſidione capitolij cor ruptis iugi ac longa fatigatione tormentis cum neruorum co pia defeciſſet matrone abſciſos crines viris ſuis optulere pug nantibus reparatiſqꝫ machinis aduerſariorum impetum repu lerunt. Maluerut enim pudiciſſime femine deformato ad tem pus capite libere viuere cũ maritis ꝙ hoſtibus integro decore ſeruire. Cornua quoqꝫ vel cruda coria proficit colligi ad catha fractas aliaqꝫ machinamenta ſiue munimenta.

Quid faciendum ne aque inopiam patiantur obſeſſi. Ca.x.

Agna vrbis vtilitas eſt cum perhennes fontes murus includit. Qđ ſi natura non prodeſt cuiuſlibet altitudinis effodiendi ſunt putei aquarumqꝫ hauſtus funibus extrahendi Sed interdum ſicciora ſunt loca que montibꝰ ſunt ſaxiſqꝫ mu nita in quibus ſuperpoſita caſtella an extrema muri ĩferioris repiunt montium venas ac de propugnaculis vel turribus deſti natis protegunt telis vt a quatoribꝰ liber preſtetur acceſſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Qđ ſi vultra iactum teli incliuo tamen ciuitatis ſubiecta ſit ve
na caſtellum paruulū ꝙ burgum vocant inter ciuitatem et
fontem cōueuit fabꝛicari ibiqꝫ baliſtas ſagittarioſqꝫ conſtitui
vt aqua defendat͛ ab hoſtibus. Preterea in omnibus publicis
edificijs multiſqꝫ pꝛiuatis ciſterne ſunt diligentiſſime ſubſti-
tuende vt receptacula aquis pluuialibꝰ que de tectis effluunt
pſtēt. Difficile enim eos qui vicit quis ꝙuis exigua aqua ad
potum tamen tantum in obſidione ſunt vſi.

Si ſales defuerint. Capitulum.xi.

J maritima ſit ciuitas et ſales defuerint liquoꝛ ex mari
ſumptus per alueos atqꝫ patula vaſa diffunditur qui ca
loꝛe ſolis duratur in ſalem. Qđ ſi hoſtis ab vnda pꝛohibeat.
Nam hoc accedit harenas quas exagitatum ventis mare ſup
fuderet aliquando colligunt et dulci aqua eluunt que ſole ſic
cata nichilominus mutatur in ſales.

Quid faciendum cum pꝛimo impetu ve
nitur ad muros. Capitulum.xij.

Jolentia aut impugnatio quando caſtellis ciuitatibus
pꝛeparatur mutuo vtrimqꝫ periculo ſed maioꝛe oppug-
nantium ſanguine exercētur luctuoſa certamina. Jlli enim qui
muros iuadere cupiūt terrifico apparatu expoſitis copijs ſiue
ſpe ſedicionis foꝛmidinem geminant tubarum ſtrepito homi-
numqꝫ pmixto tunc quia timoꝛ magis frangit inſuetos pꝛimo
impetu ſtupentibus oppidanis ſi diſcriminum experimenta nō
noꝛunt admotis ſtalis inuaditur ciuitas. Qđ ſi a fidentibꝰ ſiue
militaribꝰ viribus repellatur pꝛimo congreſſio ſtatim clauſis
creſcit audacia et iā nō t͛roꝛe ſed viribus et arte cōfligit͛.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Enumeratio machinarum quibus muri oppugnantur. Capitulum.xiij.

Dmouent̄ enim teſtudines et arietes falces vinee plutei muſculi turres de quibus ſingulis qualiter fabricentur quo etiam pacto prelientur vel repellantur enarremus.

De ariete falce et teſtudine. Capit.xiiij.

E matheria ac tabulatis teſtudo contexitur que ne exuratur incendio corijs vel cilicijs centonibuſqꝫ veſtitur hec intrinſecus accepit trabem que ad vnco prefigitur ferreo quod falx vocatur ab eo ꝙ incurua eſt vt de muro extrahat lapides aut certe caput ipſius veſtitur ferro et appellatur aries vel ꝙ habeat duriſſimam frontem que ſubruit muros vel qꝛ more arietum retrocedit vt cum impetu vehementius feriat. Teſtudo autē a ſimilitudine vere teſtudinis vocabulum ſumpſit quia ſicut illa modo reducit modo profert caput ita machinamentum interdum reducit trabem interdum exerit vt fortius cedat.

De vineis de pluteis de aggere. Ca.xv.

Jneas dixerunt veteres quas nunc militari barbari qꝫ vſu caucias vocant e lignis leuioribus machina colligatur lata pedibus.viij.alta pedibus.vij.longa pedibus.xvi huius tectum municione duplici tabulis cratibuſqꝫ contexitur. Latera quoqꝫ minime ſepiuntur ne ſaxorum telorumqꝫ impetu penetrentur. Extrinſecus autem ne immiſſo concrementur incendio crudis ac recentibus corijs vel centonibus operitur Jſte cum plures facte fuerint iunguntur in ordinem ſub quib⁹ ſubſidentes tuti ad ſubruenda murorum penetrant fundamēta

Plutei dicuntur qui ad ſimilitudinem abſcidis contexuntur e
vimine et ciliciis vel e coriis protegūtur terniſqꝫ rotulis qua
rum vna in medio due in capitibus opponuntur in quātumqꝫ
partem volueris admouentur more carpenti quos ſubſidentes
applicant muris eoꝝqꝫ munitione protecti ſagittis ſiue fundis
vel miſſilibus defenſores omnes de propugnaculis ciuitatis
exturbāt vt ſcalis aſcendendi facilior preſtetur occaſio. Ager
aūt ex terra ligniſqꝫ extollitur cōtra muꝝ de qua tela iactant᷑.

De muſculis. Capitulum. xvi.

Muſculos dicunt minores machinas quibus protecti bel
latores ſi lutum obfuerit ciuitates foſſatū etiam ad por
tatis lapidibus lignis ac terra non ſolum complent ſed etiam
ſolidant vt turris ambulatoria ſine impedimēto iungatur ad
muros vocantur autem a marinis beluis muſculi. Nam quem
admodum illi cum minores ſint tamen balleius auxilium ad
miniculūqꝫ iugiter exhibēt. Ita iſte machine breuiores valde
deputate turribus magnis aduentu illaꝝ parāt viam itineraqꝫ
premuniunt.

De turribus ambulatoriis. Capit. xvii.

Turres autem dicuntur machinamenta ad edificiorum
ſpeciem ex trabibus tabulatiſqꝫ compacta et ne tm̄ opus
hoſtili concremetur īcēdio diligentiſſime ex crudis coriis vel
centonibus communita quibus pro modo altitudinis additur
latitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrum. Interdū
quadragenos vel quinquagenos late ſunt. Proceritas autem
ipſarum tanta ſint vt non ſolum muros ſed etiam turres lapi
deas altitudine ſuperent hiis plures rote moechanica arte ſub
duntur quarū lapſu volubili magnitudo tam ampla moueat᷑.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Preſens autem periculum ciuitatis eſt ſi ad murum fuerit tur ris admota. Plures enim accipit ſcalas ac diuerſo genere co natur inrumpere. Nam in inferioribus habet arietem cuius impetu deſtruit muros. Circa mediam vere ꝑtem accipit pōtē factū de duab⁹ trabibus ſeptumqꝫ de vimine quem ſubito pro latum inter turrim murumqꝫ conſtituunt et per eum egredien tes de machino bellatores in ciuitatem tranſeunt et occupant muros. In ſuperioribus autem turris illi⁹ partibus cōtati et ſagittarij collocātur qui defenſores vrbis ex alto contis miſſi libus ſaxiſqꝫ proſternant eo facto ciuitas capitur ſine mora. Quid enim auxilij ſupereſt cum hij qui de murorum altitudine ſperabant repente ſupra ſe aſpiciant altiorem hoſtiū murum.

Quemadmodum ambulatoria poſſit
incendi turris. Capitulum. xviij.

Huic tam manifeſto diſcrimini multis occurritur modis. Primum ſi confidentia vel virtus eſt militaris erupti one facta globus egreditur armatorum et in hoſtibus pulſis machinamentum illud ingens directis corijs de lignis exurit. Qđ ſi oppidam exire non audeant ad maiores baliſtas malleo los vel fallaricas cum incendio deſtinant vt perruptis corijs vel centonibus ītrinſecus flamma credatur. Malleoli velut ſa gitte ſunt. Fallarica autem ad modum haſte valido prefigit᷑ ferro intercubum etiam et hoſtile ſulphure reſina bitumine ſtupijſqꝫ conuoluitur infuſo oleo quod incendiarium vocant que baliſte impetu deſtinate perrupto munimine ardens figit᷑ ligno turri eamqꝫ machinam frequenter incendit. Depoſiti quoqꝫ homines funibus cum hoſtes dormiunt in laternis por tant lucernas et incenſis machinis rurſum leuant᷑ in murꝝ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Quemadmodum altitudo turris addatur. Capit. xix.

Reterea partem muri ad quam machina conatur acce dere cemento atqꝫ lapidibus vel luto ſiue lateribus poſ tremo tabularis extruendo faciunt altiorem ne defenſores me nium deſuper vrbi ventura poſſit opprimere. Conſtat autem inefficax machinamentum reddis inueniatur inferius. Verum obſcidentes eiuſmodi dolum adhibere conſueuerunt: primo ta lem extruunt orbem que pro pugnaculis ciuitatis videatur in ferior. Deinde ſecreto aliam de tabulis intrinſecus turriculam faciunt et cum muris fuerit machīa ſociata ſubito funibus cro deiſqꝫ de medio turricula illa producitur. De qua egredientes armati quia altior inuenitur ſtatim capiunt ciuitatem.

Quemadmodum ſuffodiatur terra vt ma china nichil nocere poſſit. Capit. xx.

Nterō longiſſimas ferrataſqꝫ trabes opponunt machine venienti eamqꝫ a muri vicinitate propellunt. ſed cum prodiorum ciuitas oppugnaretur ab hoſtibus et turris ambu latoria ſupra muri altitudinem ac turrium omnium pararetur mechanici ingenio inuentum eſt tale remedium. Per nõctem ſub fundamentis muri cuniculum fodit et illum locum ad quē die poſtero turris fuerit promouenda nullo hoſtium ſentiente egeſta terra cauauit intrinſecus. Et cum rotis ſuis moles fuiſ ſet impulſa atqꝫ ad locum qui ſubter cauatꝰ fuerat perueniſſet tanto ponderi ſolo ſedente ſubſedit nec iūgi muris aut moueri vlterius potuit ita et ciuitas liberata eſt et machina derelicta

De ſcalis ſambuca exoſtra et telanone. Capit. xxi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Dmotis turribus funditores lapidibus ſagittarij iaculis manu baliſtarij vel arcubaliſtarij ſagittis iaculatores plumbatis ac miſſilibꝰ e muris ſubmouent hoſtes. Hoc facto ſcalis appoſitis occupant ciuitatem ſed qui ſcalis nituntur frequenter periculum ſuſtinent exemplo capanei a quo primum ſcalarum oppugnatio prohibetur inuenta qui tanta vi occiſus eſt a thebanis vt extinctus fulmine diceretᷣ. Et ideo ſambuca exoſtra et telenone obſidentes in murum hoſtium penetrant. Sambuca dicitur a ſimilitudine cythare nam quemadmodum in cythara corde ſunt ita in trabe que iuxta turrim ponitur funes ſunt qui pontem de ſuperiore parte trocleis laxant vt deſcendat ad murum ſtatimq̄ꝫ de turri exeunt bellatores et per eū tranſeuntes menia vrbis inuadunt. Exoſtra dicitur pons quē ſuperius expoſuimus qui de turri in murum repente pertruditᷣ Telenon dicitur quotiens vna trabes in terra pre alta defigitur an in ſummo vertice alia tranſuerſa trabes longior dimenſa medietate connectitur eo libramento vt ſi vnum caput depreſſeris aliud erigatur. In vno ergo capite cratibus ſiue tabulatis contexitur machina in qua pauci collocantur armati tunc per funes attracto depreſſoq̄ꝫ alio capite eleuatim ponuntur in murum.

De baliſtis onagris ſcorpionibus arcubaliſtis fuſcibꝰ fundis ꝑ que tormenta defenditᷣ murus. Capitulum. xxij.

Duerſum hoc obſeſſos defendere conſueuerunt baliſte onagri ſcorpiones arcubaliſte fuſcibali ſagittarij funde baliſte funibus neruinis tenditur que ꝙto ꝓlixiora brachiola habuerit hoc eſt ꝙto maior fuerit tanto ſpicula longiꝰ mittit q̄ ſi iuxta artē mechanicā tꝑetur et ab exercitatis hoīm ꝗ mēſurā eꝰ ante collegerint dirigatᷣ penetrat q̄ꝺcumq̄ꝫ percuſſerit.

vnū foliū hic deeſt

vigilijs derelictis requieuerit incauta ſecuritas tenebrarum ac noctis occaſione captata ſcalis clamculum veniunt muroſqꝫ cō ſcendunt. Propter quod maioꝛ eſt adhibenda cuſtodia cum hoſtis abſceſcerit et in ipſis muris ac turribus tuguriola collo canda in quibus vigiles hybernis menſibus ab ymbꝛibus vel frigoꝛe eſtiuis defendantur a ſole. Illud quoque vſus inue- nit vt acerrimos ac ſagaciſſimos canes in turribus nntriant qui aduentum hoſtium indoꝛe pꝛeſentiant latratuqꝫ teſtentur Anſeros quoqꝫ nō minoꝛe ſollertia nocturnos ſuperuentus cla moꝛibus indicant. Nam ingreſſi capituliuam artem galli ro- manum nomen eruerent niſi clamoꝛe anſerum excitatus mani bus reſtitiſſet. Mira diligentia ſine fortuna viros qui vniuer ſum oꝛbem erant miſſuri ſub iugum auis vna ſeruauit.

Quando oppidanis inferantur inſidie. Capit. xxvij.

On ſolum in obſidionibus ſed in vniuerſo genere bello rum ſuper omnia ducitur hoſtium conſuetudinem explo rare diligenter agnoſce. Opoꝛtunitas enim inſidiarum aliter non poteſt inueniri niſi ſcias quibus hoꝛis aduerſarius a la boꝛis intentione diſcedat quibus interdum de medio die in- terdum ad veſperum ſepe nocte aliquādo eo tempore quo ſumi tur cibus cum vtriuſqꝫ partis militis ad requiem ad curanda coꝛpora diſpergentur ꝙ ī ciuitate cum ceperit fieri obſidentes aſtuti ſe a pꝛelio ſubtrahunt vt aduerſarioꝛum negligentia ſi bi licentiam tribuant que ipſa īpunitate cum creuerit repente admotis machinis vel oppoſitis ſcalis occupant ciuitatem et ideo in muris ſaxa ceteraqꝫ toꝛmenta ponuntur in pꝛomptu vt incognitis inſidijs adcurrentes ad manum habeant ꝙ ſupra caput hoſtium euoluant atqꝫ iaculantur.

[f2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Quid faciant obſidentes ne ab oppidanis patiantur inſidias.

Um negligentia intrauerit paribus inſidijs ſubiacent obſidentes nam ſiue cibo ſiue ſompno fuerint occupati ſiue ocio aut aliqua neceſſitate diſperſi tunc oppidani repente prorumpunt ignorantes perimunt arietes machinas ipſoſq; aggeres ignibus concremant. Omniaq; ad perniciem ſuam fabricata opera ſubuertunt. Propter quod obſidentes vltra iactū teli foſſam iaciunt eamq; non ſolum vallis et ſudibus ſed etiam turriculis inſtruunt vt erumpentes ex ciuitate poſſint obſiſtere quod opus loriculam vocant et ſepe cum obſidio deſcribitur inuenitur in hyſtorijs loricula vrbem eſſe circumdatā.

Quo genere tormentorum ciuitas defendatur. Ca. xxix.

Ed ex alto deſtinata miſſilia ſiue plumbate ſiue lancee vel rote vel ſpicula in ſubiectis vehementius cadunt. Sagitte quoq; arcubus miſſe et ſaxa manibus fundis ſiue faſtibalis directa quanto de excelſiore loco exeunt tanto longius penetrent. Baliſte vero et onagri a peritis diligentiſſime temperentur vniuerſa preſcidunt a quibus nec virtus vlla nec munimina poſſint defendere aut inrumpere conſueuerunt.

Quemadmodum menſura colligatur ad ſcalas vel machinas faciendas. Capit. xxx.

D capiendos muros ſcale vel machine plurimum valent ſi ea magnitudine compacte fuerint vbi altitudinem exuperēt ciuitatis. Mēſura aūt colligit̄ duplici modo aut eī linū tenue expeditū vno capite nectit̄ et ſagitta q̄ cū ad muris faſtigia directa peruenerit ex mēſura lini muroꝝq; iaculat̄ in terrā

Tūc igitur ignorantibus aduerſarijs vmbre illius ſpatium
mēſuratur itemqꝫ decempeda figitur et vmbra ipſius ſimiliter
menſuratur quo collecto nemo dubitat ex vmbra decempede in
uenire altitudinem ciuitatis tum ſciatur quāto altitudo q̄tum
vmbre mittat in longum que ad oppugnandos vel defenden-
das vrbes ballicarum artium prodiderunt vel que recentior
neceſſitatum vſus inuenit pro publica vt arbitror vtilitate
digeſſi. Illud iterumqꝫ commouens vt ſollertiſſime caueatur
ne quando aut potus inopia inmergat aut cibus quibus ma-
lis nulla arte ſuccurritur. Ideoqꝫ intra muros tanto plura con
denda ſunt q̄ta ſcitur clauſure tempus in obſcidentiū poteſtate
conſiſtere.

Precepta belli naualis. Capit. xxxi.

Recepto maieſtatis tue imperator inuicte terreſtris p̄lij
rationibus abſolutis naualis belli reſidua vt opinor ē
porcio de cuius artibus ideo pauciora adicienda ſunt quia iā
dudum pacato mari cum barbaris nationibus agitur terreſtre
certamen. Romanus aūt populus pro decore et vtilitate mag
nitudinis ſue nō propter neceſſitatem tumultus alicuius claſ
ſem parabat ex tempore ſed ne quando neceſſitatem ſuſtineret
ſemper habuit preparatam. Nemo enim bello laceſſere aut fa
cere audet iniuriam ei regno vel populo que expeditū et prōp
tum ad reſiſtendum vindicandumqꝫ cognoſcit aput miſſenum
igitur et rauennam ſingule legiones cum claſſibus ſtabant ne
longius a tutela vrbis abſcederent et cum ratio poſtulaſſet ſine
mora ſine circuitu ad omnes mundi partes nauigio peruenirēt
Nam miſſenantium claſſis galliam hyſpanias mauritaniam af
fricam egyptum ſardunam atqꝫ ſiciliam habebat in proximo
Claſſis rauennantium epirum machedonea achaiam proponti
dem pontū orientem cretam cyprum petere directa nauigatiōe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

conſueuerat quia in rebus bellicis celeritas amplius ſolet pro
deſſe ꝙ virtus.

Nomina iudicum qui preſunt claſſibus. Ca.xxxij.

Iburnibus autem i campania ſtabant prefectus claſſis miſſenantium preerat. Ea vero que rome in mari locate fuerant ad prefectum claſſis rauennantium pertinebant sub q̇bus erāt deni tribuni per cohortes ſingulas conſtituti ſingule autem liburne ſingulos nauarios id eſt quaſi nauiculares habebant qui exceptis ceteris nautarum officijs gubarnatoribꝰ atq̧ remigibus et militibus exercendis cotidianam curam et iugem exhibebant induſtriam.

Unde appellētur liburne. Capit.xxxiij.

Iuerſe autem prouincie quibuſdam temporibus mari plurimum potuerunt et ideo diuerſa genera nauium fuerunt ſed anguſto dimicante atticito prelio cum liburnarum auxiliorū. precipue victus fuiſſet anthonius experimento tāti certaminis patuit eſſe liburnorum naues ceteris aptiores. Ergo ſimilitudine et nomine vſurpato ad earumdem inſtar claſſem romani principes texuerunt liburnia namq̧ daluiacie ps eſt diatdertiue ſubiacens ciuitati cuius exemplo nunc naues bellice fabricantur et appellantur liburne.

Qua diligentia fabriceutur liburne. Capit.xxxiiij.

Ed cū ī domibꝰ ſtruēdis arene ł lapidū qualitas reqrat̄ tāto magis ī fabricādis nauibꝰ diliget̄ cūcta q̄rēda ſunt qđ maiꝰ piculū ē nauē viciosam eē ꝙ domū. Ex cypſſo igit̄ et pino domeſtica ſiue ſilueſtri et abiete p̄cipue liburna contexit̄

vtilius ereis clauis ꝗ̄ ferreis conſigenda quantumlibet eſſe grauioꝛ aliquando videatur expenſa tamē quia amplius durat lucrum pꝛobatur afferre nam ferreos tempoꝛe et humoꝛe celeriter rubigo conſumit erei autem etiam in fluctibus pꝛopꝛiā ſubſtantiam ſeruant.

Qua obſeruatione cedenda ſit materies Capit. xxxv.

Bſeruandum precipue vt a quinitadecima luna vſqꝫ ad .xxij. arboꝛes preſcidantur ex quibus liburne texende ſunt hijs enim tantum. vij. diebus ceſa materies immunis ſeruatur a carie. Reliquis autem diebus pꝛeſciſa etiam eodem anno interna vermiū labe exeſa in puluerem vertitur ꝗ ars ipſa et omnium architectoꝛum cotidianus vſus edocuit et contemplatiōe ipſius religiōis agnoſcimus quam pꝛo eternitate hijs tantum diebus placuit celebrari.

Quo menſe cedende ſint trabes. Capit. xxxvi.

Eduntur autem trabes vtiliter poſt ſolſticium eſtiuum id eſt poſt menſem. Julium et anguſtum et per autumpnale equinoctium id eſt vſqꝫ ad kl'. Jañ. Hijs namqꝫ menſibus areſcente humoꝛe ſicciora ſunt ligna. Jllud etiam cauendum ne continno vt deiecte fuerint trabes ſecentur vel ſtatī vt ſecte fuerint mittantur ī nauem. Siquidem et adhuc ſolide arboꝛes etiam diuiſe per tabulas duplices ad maioꝛm ſiccitatem mereantur inducias nam que virides cuius inpinguuntur cum natiuum humoꝛem exſudauerint contrahuntur et rimas faciunt latioꝛes quo nichil eſt periculoſius nauigantibus ꝗ̄ hyare tabulata.

De modo liburnarum. Capit. xxxvij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Vod ad magnitudinem pertinet minime liburne remorum habēt ſingulos ordines paulo maiores binos ydonee menſure trinos vel quatrinos interdum quinos ſortiunt remigum gradus nec hoc cuiqꝫ enorme videatur cum ī atiaco prelio longe maiore referuntur cucurriſſe nauigia vt ſenorum etiam vltra ordinum fuerint. Staphe tamen maioribus liburnis exploratoria ſortiuntur quindenos prope remiges in ſingulis partibus habebant quas brictani pictas vocant. Per has et ſuperuentus fieri et commeatus aduerſariorum nauium aliquando intercipi aſſolet et ſpeculandi ſtudio aduentus earum vel conſilium deprehendi ne tamen exploratorie nauēs cito deprehendantur colore veneto qui marinis eſt fluctibus ſimilis vela cinguntur et funibus. Cera etiam qua vngere ſolent naues inficitur nautequꝫ vel milites venetē veſtem induunt vt nō ſolū per noctem ſed etiā per diem facilius lateant explorātes.

Nomina ventorum et numerus. Ca. xxxviij.

Vicumqꝫ exercitum armatis claſſibus vehit turbinum ſigna debet ante prenoſcere. Procellis namqꝫ et fluctibꝰ liburne grauiꝰ q̄ꝫ vi hoſtiū ſepe ꝑierunt. In qua parte natura vel philoſophia tota ē adhibenda ſollertia qꝛ ad ventoꝝ tēpeſtatūqꝫ celeſti ratione natura colligit̄ et pro acerbitate pelagi ſicut ꝓuidos cautela tutat̄ ita negligētes extīgit iniuria. Igit̄ ventoꝝ numeꝝ atqꝫ vocabula ars nauigādi primū debet īſpicere. Veteres aūt iuxta poſitionē cardinū tm̄ quatuor ventos pricipales a ſingulis celi ꝑtibꝰ flare credebāt ſꝫ exꝑimēto poſterior etas. xij. comp̄hendit hoꝝ vocabula ad ſubmouendā dubitationē nō ſolū greca ſꝫ etiā latina ꝓtulimꝰ ita ut vētis prīcipalibꝰ declaratis eos q̇ ipſis dextera leuaꝝ cōiuncti ſunt iudicemus. A verno itaqꝫ ſolſticio. i. ab orietali cardine ſumimus

exordium ex quo ventus oritur. id eſt ſubſo
lanus. Huic a dextera iungitur. ſiue.
A ſiniſtra eurus ſiue vulturn9. Meridianũ aũt cardinem poſſi
det nothus id eſt auſter huic a dextera iungitur
Hoc eſt albus motus. A ſiniſtra id eſt chorus
Occidentalem vero cardinem tenet id eſt ſub
ueſpertinus huic a dextera iungitur ſiue affricus. A ſiniſ
tra ſiue fauonius. Septentrionalem vero cardinem
ſortitus eſt a cia cui ſeptẽtrio cui adheret. A dextera
ſiue circius. A ſiniſtro ideſt aquilo
hĳ ſepe ſinguli interdum duo magnis autem tempeſtibus et
tres pariter flare conſueuerunt. Horum impetu maria que ſua
ſponte trãquilla ſunt et quietã vndis ex eſtuãtibus ſeuiũt. Ho
rum flatu pro natura temporum vel locorum ſerenitas reddit̃
et rurſus in procellas ſerena mutantur nam ſecundo ſpiramĩe
optatas claſſes inuenit portus aduerſus ſtare vel regredi aũt
diſcrimen ſuſtinere compellit̃ et ideo difficile naufragium per
tulit qui ventorum rationem diligenter inſpexit.

Quibus menſibus tutius nauigetur. Capit. xxxix.

Equitur menſium dierumq̃ tractatus neq̃ enim ĩtegro
anno vis atq̃ acerbitas maris patitur nauigantes ſed
quia menſes aptiſſimi quidam dubĳ reliqui claſſibus intracta
biles ſunt legere nature phagnite decurſu ideſt poſt ortum pli
cidum a die ſexto kalendari iuniarum vſq̃ marcuriorum id eſt
in diem octauum decimum kalendarum octobrium ſecura naui-
gatio creditur quibus eſtatis beneficio ventorum acerbitas
mitigatur poſt hoc tempus vſq̃ in tercium ydus nouembris
ĩcerta nauigatio eſt et diſtermini prior. Propterea quia poſt
ydus ſeptembris oritur arcturus vehementiſſimum ſydus et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

octauo kalendarum octobris equinoctialis euenit aceruа tem-
peſtas. Circa nonas octobris edipluuiales vid eaſam taurura
Nouembri autem menſe crebris tempeſtatibus nauigia con-
turbat vigiliarum hiemalis occaſus. Ex die igitur tercio ydu
um nouembrium vſqꝫ in diem ſextum yduum marciarum ma
ria clauduntur. Nam lux minima noxqꝫ prolixa nubium den
ſitas aeris obſcuritas ventorum ymbri vel niuibus geminata
ſeuicia non ſolum claſſes a pelago ſed etiam commeantes a ter
reſtri itinere deturbet. Poſt natalem vero vt ita dicam naui
gationis qui ſolempni certamine publico ꝫ ſpectaculo multaꝝ
gentium celebratur plurimorum ſyderum ipſiuſqꝫ temporis ra
tione vſqꝫ in idem maculis periculoſa maria temptantur non
quo negociatorum ĩduſtria ſed quia maior adhibēda cautela
eſt quando exercitus nauigat cum liburnis ꝙ cum priuatorū
inertium feſtinat audacia.

Quemadmodum tempeſtaum obſeruanda ſint ſigna. Ca. xi.

Reterea alioꝝ ortus occaſus ſydera in tēpeſtates vehe-
mentiſſimas commouent in quibus licet certi dies auc
torum atteſtatione firmentur tamē quia diuerſis caſubus ali
quando mutantur et qđ confitendum eſt celeſtes cauſas hu
mana condicio ad plenum nōſſe prohibetur. Jdeo nautice ob
ſeruationis curā triphariā diuidūt aut enim circa diem ſtatutū
aut ante vel poſtea tempeſtas fieri cōpertū eſt vñ precedentes
ꝓgimnaon greco vocabulo nūcuparunt ſꝫ ōnia enumerare no
miatī aūt longū cū auctores plurimi non ſolū mentiū ſed etiā
dieꝝ rationē diligēter expſſerit trāſitꝰqꝫ ſydeꝝ quos planetas
vocant cū pſcripto curſu diei arbitrio creatoris ſuſcipiūt ſig
na vel deſerūt frequentē aſſolēt ſerena tᵉbare. Jntᵉ lunioꝝ autē
dies tempeſtatibꝰ plenos et nauigantibus ꝙ maxime metuen
dos non ſolum ꝑicie ratio ſed etiam vulgi vſus intelligē.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

De pꝛonoſticis. Capitulum.xli.

Oltis quoqꝫ ſignis et de tranquillo pꝛocelle et de tem-peſtatibus pꝛocelle pꝛoduntur que velut in ſpeculo lune oꝛbis oſtendis oſtendit rubicundus coloꝛ ventos ceruleus indicat pluuias ex vtroqꝫ commixtus nimbos et furentes pꝛocellas letꝰ oꝛbis et lucidus ſerenitatem nauigíj repꝛomittit quā geſtat in vultu pꝛecipue ſi quarto oꝛtu neqꝫ obtunſis coꝛnibꝰ rutila neqꝫ īfuſo fuerit humoꝛe fuſcata ſol quoqꝫ exoꝛiens vel diem condens intereſt vtrum equalibus gaudeat radíjs an ob-iecta nube varietur vtrum ſolito ſplendoꝛe fulgidus an ventis vrgentibus igneus neue paludis vel pluuia ſit impendenda maculoſus. Aer vero et mare ipſum nubiumqꝫ magnitudo vel ſpecies ſollicitos inſtruat nautas. aliquanta ab auibus aliq̃ta a piſcibus ſignificantur que virgilius in geoꝛgicis diuino pene compꝛehendit ingenio et varro in libꝛis naucilibus diligēter excoluit hic gubernatoꝛes ſe ſcire pꝛofitentur ſed eatenus ꝗtenꝰ eos īpericie vſus inſtituit nō altioꝛ doctrina firmauit.

De eſtuaríjs hoc eſt de reumate. Capit.xlíj.

Lementum palagi tercia pars mundi eſt que pꝛeter ventoꝛum flatum ſuo quoqꝫ ſpiramine motuqꝫ vegetatur. Nam certis hoꝛis diebus pariter ac noctibꝰ eſtu quodam ſub reuma vocant vltro citroqꝫ pꝛecurrit et moꝛe toꝛrentium fluminum nunc exundat in terras nunc refluit in altitudinem ſuam hec rei meatus ābiguitas curſum nauium ſecundo adiuuat ne tardat aduerſa q̄ dimicaturo magna ſunt cautione vitāda neqꝫ enim ab exilio remoꝛum reumatis impetus vincitur tui interdum cedit et ventus: et quoniam in diuerſis regionibus diuerſo lune creſcētis īuentis q̄ ſtatu certis hoꝛis iſta variāt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Jdeo prelium nauale geſturus conſuetudinem pelagi vel loci
ante congreſſum debet cognoſcere.

De locorum noticia ſiue de remigibus. Ca.xliij.

Nauticorum gubernatorumq̄ ſollertia eſt loca in quibus
nauigatur portuſq̄ cognoſcere infeſta prominentibus
vel latentibus ſcopulis vadoſa ac ſicca mittentur. Tantum ei
ſecuritas maior eſt quātum mare altius fuerit in nauarchis
diligentia in gubernatoribus pericia in remigibus virtus eli
gitur. Propterea cum naualis pugna tranquillo committitur
mari liburnarumq̄ moles non ventorum flatibus ſed remorū
pulſu aduerſarios percutit roſtris eorumq̄ rurſum impetus vi
tat in quo opere lacerti remigium et arſclauum regentis ma-
giſtri victoriam preſtat.

De telis tormentiſq̄ muralibus. Capit.xliiij.

Multa quidem armorum genera preliū terreſtre deſiderat
ſed nauale certamen non ſolum plures armorum ſpecies
verum etiam machinas et tormenta flagitat tamq̄ in muris
dimicetur et turribus. Quid enī crudelius congreſſione nauali
vbi aquis homines perimuntur et flāmis. Precipua ergo eſſe
debet tegminum cura vt cathefracti vel loricati galeati etiam
et ocreis muniti ſint milites. De honere nāq̄ armorum nemo
poteſt conqueri qui ſtans pugnat in nauibus ſcuta vere vali
diora propter ictus lapidum et ampliora ſumuntur preter fal
ces et arpagones aliaq̄ naualium genera telorum ſagittis miſ
ſilibus fundis fundibalis plumbatis onagris baliſtis ſcorpiōi
bꝰ iacula īuicē dirigunt̄ et ſaxa. Et q̄d ē grauiꝰ qui de virtute
p̄ſumunt admotis liburnis īiectis pontibus aduerſarioꝝ trāſe
unt naues ibiq̄ gladijs manu ad manū vt dicit̄ cominꝰ dimi
cāt. Jn maioribꝰ etiā liburnis ꝓpugnacula t̄reſq̄ cōſtituūt vt

tam q̄ꝑ de muro ita de excelſioribus tabulatis facilius vulnerēt vel perimant inimicos oleo incendiario ſtuppa ſulphure bithumine obuolute et ardentes ſagitte per baliſtas in hoſticarum nauiū alueos infiguntur vnctaq; cera et pice et roſina tabulas tot fomentis ignium repente ſuccēdunt. Alij ferro interimunt et ſaxo ardere coguntur ī fluctibus in terra tantū tamen mortium genera qui acerrimus caſus eſt abſumenda piſcibus inſepulta ſunt corpora.

Quemadmodū nauali bello collocentur inſidie. Capit. xlv.

O inſtar autem terreſtris prelij ſuperfluentib9 fiunt ignorantibus nauiticis vel circa oportunas inſularum anguſtias collocantur inſidie. Idq; agitur vt imperati facilius deleantur ſi longo remigio fatigati ſint hoſtium naute ſi vento vrgentur aduerſo ſi pro noſtris eſt reuma nichil ſuſpicantes dormiunt inimici ſtatio quam tenent exitum non habet ſi dimicando optat euenit occaſio fortune beneficijs iungende ſunt manus et ex oportunitate prelium conſerendum q̄ꝑ ſi cautela hoſtium et vitatis inſidijs publico marte confligat tunc liburnarum inſtruende ſunt acies non directe vt in campis ſed incurue ad ſimilitudinem lune ita vt productis cornibus acies medici ſumetur vt ſi aduerſarij perrumpere temptauerint ipſa ordinatione circumdati deprimantur. In cornibus autem precipium robur et liburnarum collocatur et militum.

Quid fatiendum ſit cum nauale bellum aperto marte committitur. Capitulum. xlvi.

Reterea vtile eſt vt alto et libero mari tua ſemꝑ claſſis vtatur. Inimicorum vero pellatur ad litus quia pugnādi impetum perdunt qui detruduntur in terras. In eiuſmodi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

certamine tria armamentorum genera plurimum ad victoriam prodeſſe aſſeres falces bipennes . Aſſer dicitur cum trabs ſubtilis ac lõga ad ſimilitudinem antempne pendet ĩ malo vtroqꝫ capite ferrato hunc ſiue a dextra ſiue a ſiniſtra parte aduerſariorum ſe iunxerint naues vice arietis vi impellunt qua bellatores hoſtium ſiue nautas ſine dubio proſternit ac perimit ipſamqꝫ nauẽ ſepius perforat. Falx aũt dicit̃ acutiſſimum ferrũ curuatum ad ſimilitudinem falcis quod contis longioribus inditum collatoris ſub funes quibus antempna ſuſpenditur repente precidit collapſiſqꝫ velis liburnam pigriorem et inutilẽ reddit . Bipennis eſt ſecuris habens ex vtraqꝫ latiſſimum et acutiſſimum ferrum. Per has ĩ medio ardore pugnandi peritiſſimi naute vel milites cotidianis vtuntur excubijs. Reticendum puto quia artis amplius ĩ hijs frequentior vſus inuenit ꝙ̃ vetus doctrina monſtrauerat.

Flauij vedati renati viri illuſtris
Epitoma de re militari explicit felicit̃.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 26